

Corpus confertim subtiliter punctulatum, pube tenuissima depressa flavescenti vestitum, fusco-testaceum, abdomine ante apicem nigro. Antennae thorace sesqui longiores, apicem versus sensim leviter incrassatae, articulo tertio secundo paulo longiore, quarto tertio paulo crassiore at dimidio brevior, 5—10 longitudine aequalibus, transversis, sensim paulo crassioribus, subcylindricis, ultimo maiusculo, praecedentibus tribus coniunctis longitudine prope aequali et paulo crassiore, subovato, apice subacuminato, rufae, articulo ultimo ferrugineo. Caput fronte leviter convexa. Thorax coleopteris paulo latior, latitudine duplo brevior, antrorsum leviter angustatus, lateribus et angulis anterioribus rotundatus, apice leviter emarginatus, basi leviter bismuatus, angulis posterioribus retrorsum leviter prominulis, rotundatis, supra parum convexus, margine laterali late planato. Elytra thorace paulo longiora, subdepressa. Abdomen longius pubescens et praecipue versus apicem parcius profundiusque punctatum.

Dinarda Leach.

Mannerh. Brachelytr. p. 65. — Er. Col. March. I. p. 373.

Lomechusa Curtis Britt. Ent. IX. t. 410.

Maxillae mala interiore unco simplice terminata.

Ligula angusta, bifida; paraglossae latae, breves, rotundatae.

Palpi maxillares 3-articulati, articulo secundo paulo brevior.

Tarsi antici 4-, posteriores 5-articulati, postici articulo primo vix elongato.

Corpus latiusculum, alatum. Caput parvum, rotundatum, insertum, oculis parvis rotundatis, vix prominulis. Labrum breve, apice truncatum, lateribus rotundatum, mandibulas haud obtegens. Mandibulae muticae. Maxillae (t. III. f. 24.) mala exteriore interiorem haud superante, cornea, apice membranea, dense pubescente, mala interiore cornea, margine interiore membraneo, longius dense introrsum barbato, margine exteriore incrassato, apice unco simplice introrsum spectante malam terminante. Palpi maxillares breviores, articulo secundo tertio paulo brevior, hoc parum incrassato, quarto tenui, subulato. Labium (t. III. f. 15.) mento brevi, apice emarginato, ligula angusta, palporum labialium articulum primum paulum excedente, bifida, paraglossis ligula duplo brevioribus, triangulariter acuminatis. Palpi labiales triarticulati, articulo primo crassiusculo, maiore, secundo tertio paulo brevior. Antennae breves, crassae, medium versus incrassatae, articulo secundo tertio duplo fere brevior, hoc leviter elongato, obconico, articulis 5—10 subtransversis, arcte coactis, ultimo longiore, subacuminato. Thorax coleopterorum latitudine, brevis, antrorsum angustatus, apice profunde emarginatus, basi bisinuatus, margine laterali dilatato, plano, angulis posterioribus elongatis, acuminatis. Scutellum triangulare. Elytra apice truncata, ad angulum exteriorem profunde emarginata, hoc elongato, acuminato. Abdomen apicem versus sensim angustatum, supra planiusculum, subtus leviter convexus, segmento septimo conspicuo, licet minuto. Pedes breves, intermedii approximati, tarsi antici 4-, posteriores 5-articulati, postici articulis 4 primis sensim subdecrecentibus.

Observationes.

1. Genus satis distinctum, cuius affinitates partim cum *Lomechusa*, partim

cum *Aleochara* esse videntur, illis thoracis elytrorumque forma et maxillarum mala interiore apice uncinata, his corporis habitu et labii structura propius accedit.

2. Differt ab *Aleochara* imprimis ligula graciliore, palpis labialibus triarticulatis, maxillarum mala interiore apice uncinata, palpis maxillaribus articulo conico-acuminato terminatis, thorace lateribus dilatato, tarsis anticis 4-articulatis.

3. Differt a *Lomechusa* praecipue antennis brevibus, fusiformibus, ligula bifida, paraglossis distinctis, maxillarum mala interiore unco simplice terminata, thorace apice emarginato, abdomine non revoluta, segmento sexto dorsali integro, pedibus brevibus, intermediis basi approximatis.

4. Differentias ab *Euryusa* in huius generis illustratione notavi.

5. Dom. Curtis Dinardam dentatum pro generis *Lomechusa* e typo depinxit. Oris partes dissectae ab eadem desumptae, at uncus corneus, quo maxillarum mala interior terminatur, et paraglossae auctorem fugerunt, ceterum illae sat exacte depictae.

6. Sexus differentia abdominis segmento inferiore penultimo in maribus emarginato constare videtur.

7. Victus in formicetis.

* 1. *D. dentata*: Nigra, thoracis lateribus elytrisque brunneis, capite thorace elytrisque crebre punctatis. — Long. $1\frac{1}{2}$ —2 lin.

Mannerh. Brachelytr. 65. 1. — Boisd. et Lacord. Faun. Ent. Paris. I. 524. 1. — Runde Brachelytr. Hal. 27. 1. — Er. Col. March. I. 374. 1.

Lomechusa dentata Grav. Mon. 181. 4. — Gyll. Ins. Suec. II. 441 4. — Zetterst. Ins. Lappon. 74. 3. — Curtis Britt. Ent. IX. t. 410.

Staph. strumosus Payk. Fn. Suec. III. 402. 45.

Habitat in Europa.

Nigro-picea, sericeo-micans. Antennae capite sesqui longiores, crassiusculae, subfusiformes, articulo quarto praecedente dimidio brevior, at paulo crassiore, 5—10 transversis, sensim paulo crassioribus, ultimo praecedentibus ambobus longiore, at minus crasso, apicem versus sensim attenuato, nigrae, basi apiceque ferrugineae. Caput dense punctatum, fronte subimpressa, antice retusa, ore rufescente. Thorax coleopteris paulo latior, latitudine baseos plus duplo brevior, antrorsum angustatus, lateribus fortiter ampliato-rotundatus, apice profunde emarginatus, basi profunde bisinuatus, angulis posterioribus retrorsum valde prominulis, anterioribus obtusis acuminatis, supra lateribus late explanatis, medio parum convexus, obsolete canaliculatus, confertim punctatus, breviter pubescens, niger, lateribus late obscure ferrugineis, seu saturate rufo-ferrugineis, disco nigro. Elytra thoracis longitudine, confertim punctata, breviter pubescentia, ferruginea, angulo apicis exteriore retrorsum valde prominulo, acuminato. Abdomen segmentis tribus anterioribus parcius, posterioribus tribus parce punctatis, supra parcius, subtus densius longiusque fulvescenti-pubescentibus, segmentorum marginibus anoque ferrugineis. Pedes ferruginei.

Obs. Insectum rarum, plerumque in Formicae rufae nidis obvium. Dom. Aubé eam etiam in Formicae cuniculariae societibus observavit, et exempla prope Lutetiam in silva Boloniensi ex utroque formiceto cum formicis benevole mihi communicavit. Specimina cum *F. rufa* degentia omnino congruunt cum iis, quae e Germania, Hungaria et Suecia hic exstant, individua e nidis *F. cuniculariae* recepta illis quidem sunt duplo minora, ceterum vero nullo modo distincta. Cave igitur, ne in variis formicetis varias hospitem species gigni credas. Forte eiusdem speciei magnitudinis varietas e vario insecti loco natali derivanda, cum apud formicam maiorem individua maiora, apud minorem minora nascentur.

Lomechusa Grav.

Grav. Mon. p. 178. — Mannerh. Brachelytr. p. 65. — Er. Col. March. I. p. 375.

Maxillae mala interiore unco duplici terminatae.

Ligula brevis, integra; paraglossae nullae.

Palpi labiales 3-articulati, articulo primo paulo maiore.

Tarsi antici 4-, posteriores 5-articulati, postici articulo primo elongato.

Corpus latiusculum, crassiusculum, alatum. Caput minutum, sub-rectum, fronte planiuscula, oculis parvis, rotundatis, modice prominulis. Labrum transversum, apice truncatum, mandibulas haud obtogens. Mandibulae muticae. Maxillae (t. III. f. 25.) mala exteriori cornea, apice membrana pubescenteque, malam interiorem paulo superante, hac cornea, margine interiore membraneo, pubescente, exteriori incrassato, apice unco bispino, introrsum spectante, malam terminante. Palpi maxillares breviores, articulo secundo apicem versus leviter incrassato, tertio hoc paulo crassiore, haud incrassato, quarto parvo, subulato. Labium (t. III. f. 16.) mento transversum, apice emarginato, ligula lata, rotundata, integra, paraglossis nullis. Palpi labiales 3-articulati, articulo primo crassiusculo, maiore, secundo hoc duplo minore, tertio secundo tenuiore et parum longiore. Antennae elongatae, fortes, apicem versus subattenuatae, articulo primo incrassato, ultimo leviter elongato, acuminato. Thorax coleopterorum latitudine, apice truncatus, basi bisinuatus, margine laterali dilatato, incrassato, angulis anterioribus rotundatis, posterioribus acuminatis, disco plano. Scutellum triangulare. Elytra apice truncata. Abdomen parallelum, subconvexum, supra planum, revolutum, segmentis tribus primis margine barbato, sexto apice late profundeque emarginato, lobis acuminatis, septimo superiore in praecedentis sinu sat conspicuo, inferiore occulto. Pedes elongati, crassi, intermedii basi late distantes, tibiae apice subattenuatae, tarsi tenues, haud elongati, antici 4-, posteriores 5-articulati, postici articulo primo modice elongato.

Observationes.

1. Habitus huius generis valde singularis, corpore in hac tribu maiusculo, crasso, abdomine fortiter revolutum, capite minuto, antennis validioribus, filiformibus, elongatis, acuminatis, pedibus elongatis, sat robustis, thorace margine dilatato, basi profunde bisinuato, abdominis segmento dorsali sexto emarginato. Maxillarum structura eadem fere ut in *Dinarda*, at mala interior unco duplici sive fissa terminata. Labii forma magis cum *Gyrophana* convenit, at ligula latior et palpi labiales triarticulati. Habitu *Myrmedoniae* nunnullae quodammodo *Lomechusae* speciem prae se ferre videntur antennis fortioribus rigidis, abdomine revolutum et pedibus intermediis basi late distantibus.

2. *Gravenhorst* genus *Lomechusam* praecipue secundum thoracis elytrorumque formam condidit, quare etiam *L. dentatam*, reliquis omnibus notis adeo distinctam, huic generi subiunxit. *Mannerheim*, *Lomechusam* et *Dinardam* palporum maxillarum articulo ultimo conico-acuto a reliquis *Aleocharinis* distinxit, in *Lomechusa* autem palpi maxillares articulo terminali eodem modo quam in reliquis huius tribus generibus constructo mihi videntur.

3. *Atemeles Dillwyn* seu *Goniodes Kirby*, (*Stephens Illustr. V. p. 107.*) certe idem hoc genus, cui *L. strumosa* adscribitur, thoracis angulis posterioribus obtusis a *Lomechusa* thoracis angulis posterioribus acuminato-spinosis distinctum. *Lomechusae* typum *Dom. Stephens L. emarginatam* affert, dubito autem, an eadem sit ac nostra, cum ei antennae medio magis incrassatae et fortius fusiformes quam *Lomechusae* et *Dinardae* tribuantur (p. 109.); neque suspicandum est, hanc meram esse *Dinardam dentatam*, cum abdominis segmentum penultimum emarginatum, processibus duobus styliformibus instructum et pedes elongati descripta sint.

4. *Hospitatur* hoc genus in formicetis. Villis in abdominis basi forte quaedam analogia est cum illis, quos Müller (*Germ. Mag. III. p. 79. et 95.*) in *Clavigero foveolato* observavit. Notatu dignum videtur, quod reliqua huius tribus insecta, quaeunque in formicetis degunt, his villis destituta sunt.

* 1. *L. strumosa*: *Ferruginea, thorace subtiliter granulato, canaliculato, antrorsum angustato. — Long. 3 lin.*

Grav. Mon. 179. 1. — Gyll. Ins. Suec. II. 437. 1. — Sahlb. Ins. Fenn. I. 403. 1. — Zetterst. Ins. Lappon. 64. 1. — Mannerh. Brachelytr. 65. 1. — Runde Brachelytr. Hal. 27. 1.

Staph. strumosus Fab. Ent. Syst. I. II. 525. 28. Syst. El. II. 597. 36.

Aleochar. strumosa Grav. Micr. 91. 35. — Latr. Hist. nat. Crust. et Ins. IX. 387. 35.

Habitat in Germania, Suecia.

Obscure rufo-ferruginea, elytris pedibusque paulo dilutioribus. Antennae articulo primo breviusculo, crasso, tertio secundo duplo prope longiore, clavato seu apice subito incrassato, 4 — 10 cyathiformibus, sensim paululum longioribus, ultimo praecedente duplo prope longiore, acuminato, pube brevissima subtilissimaque depressa albida obducta. Caput laeve, pilis parvis depressis griseis adpersum, antice subretusum, fronte late impressa. Thorax basi coleopteris parum angustior, antrorsum angustatus, lateribus et angulis anterioribus rotundatus, apice truncatus, basi profunde bisinuatus, angulis posterioribus retrorsum vix prominulis, subrectis, apice summo rotundatis, lobo intermedio fortiter producto, rotundato, supra medio subdepressum, subtiliter canaliculatus, margine laterali late elevato, crassiusculo, parce subtiliter granulatus, pilis subtilissimis depressis griseis adpersus. Elytra thorace paululum longiora, apice truncata, subtiliter punctata, pube subtilissima depressa grisea adpersa. Abdomen medio fuscum, segmentis basalibus margine laterali et apicali fulvo-villosis, segmento dorsali sexto minus profunde emarginato, lobis lateralibus triangularibus. Pedes fulvo-tomentosi, basi glabri.

Differt sexu abdominis segmenti dorsalis quinti angulo apicali aut simplice aut lateraliter elevato prominuloque.

Obs. Prof. *Sahlberg* hanc speciem in societate cum *Formica*, (*Myrmica*) rubra lectam esse memorat.

* 2. *L. paradoxa*: *Ferruginea, thorace laevi, utrinque leviter impresso, lateribus rotundato-ampliato. — Long. 2 — 2½ lin.*

Grav. Mon. 180. 3. — Gyll. Ins. Suec. II. 438. 2. — Germ. Faun. Ins. Europ. V. 2. — Mannerh. Brachelytr. 65. 2. — Guér. Iconogr. Regn. Amin. Ins. t. 10 f. 6. — Boisd. et Lacord. Faun. Ent. Paris. I. 526. 1. t. 2. f. 2. — Runde Brachelytr. Hal. 27. 2. — Er. Col. March. I. 376. 1.

Staph. emarginatus var. Payk. Mon. Staph. p. 57. not. Faun. Suec. III. p. 402. not. — Oliv. Ent. III. 42. t. 2. f. 12. b.

Habitat in Europa.

Sequenti valde affinis, at plerumque paulo maior, saturate ferruginea vel brunneo-testacea. Antennae articulo primo crasso, tertio elongato, secundo duplo prope longiore, apicem versus sensim leviter incrassato, 4 — 10 crassitie aequalibus, sensim paulo longioribus, prioribus transversis, ultimis crassitie haud longioribus, ultimo praecedentibus ambobus longiore, sensim attenuato et acuminato, pube subtilissima longiore albida vestita,

certo situ quasi velatae. Caput inter antenas leviter impressum, glabrum, nigricans, ore ferrugineo. Thorax latitudine dimidio prope brevior, coleopteris vix angustior, antrorsum haud angustatus, lateribus ampliatus, pone medium subsinuatus, ante medium cum angulis anterioribus rotundatus, apice truncatus, basi profundius bisinuatus, angulis posterioribus oblique productis, acutis, lobo intermedio subtruncato, laevis, glaber, obsolete canaliculatus, utrinque leviter impressus, margine laterali elevato, incrassato, Elytra thorace paulo longiora, apice sinuata, confertissime subtilissimeque punctata, subtilissime fulvo-pubescentia. Abdomen parce subtilissime punctulatum, segmentis basalibus margine laterali fulvo-villoso, segmentis quarto quintoque nigris, segmento dorsali sexto profunde emarginato, lobis acuminatis, spiniformibus, apice villosis. Pedes glabri.

Sexus differentia latet.

Obs. 1. In Myrmicae rubrae nidis D. Aubé hanc speciem cepit, „in societate cum Formica parva nigra” eam repertam esse refert Gyllenhal (Ins. Suec. IV. p. 495.); ipse eam in gramine prope Formicae rufae nidos legi. Conf. quae apud Dinardam dentatam observavi.

2. Specima illa, quae ipse prope oppidum Freyenwalde legi cum exemplis Suecis a Dom. Schüppel communicatis congruunt statura maiore et colore saturatiore. Exempla collectionis Hoffmannseggianae, a Dahlio in Germania transrhenana lecta his sunt minora et pallidiora, statura et colore L. emarginatae aequalia. Specimina Lutetiae collecta, a Dom. Aubé mihi communicata, his intermedia sunt.

3. Staphylinus emarginatus Oliv. a Gravenhorstio ad hanc, a Gyllenhalio ad sequentem speciem allegatur, mihi ambae ab Oliviero sub nomine illo confusae videntur; fig. a. L. emarginatam, fig. b. L. paradoxam, praecipue secundum thoracis formam bene exhibet.

* 3. *L. emarginata*: Ferruginea, thorace subtilissime punctulato, antrorsum angustato. — Long. 2 lin.

Grav. Mon. 179. 2. — Gyll. Ins. Suec. II. 440. 3. — Sahlb. Ins. Fenn. I. 404. 2. — Mannerh. Brachel. 65. 3. — Boisd. et Lacord. Faun. Ent. Paris. I. 526. 2. — Runde Brachelytr. Hal. 27. 3. — Er. Col. March. I. 376. 2.

Staphyl. emarginatus Payk. Mon. Staph. 56. 40. Faun. Suec. III. 401. 44. — Fab. Ent. Syst. I. II. 528. 46. Syst. El. II. 600. 57. — Oliv. Ent. III. 42. 31. 44. t. 2. f. 12. a.

Habitat in Europa.

Ferruginea, vel rufo-testacea, abdomine ante apicem pectoreque piceis nigrisve, saepius quoque capite, nonnunquam etiam thoracis disco vel thorace fere toto nigricantibus. Antennae articulo primo crasso, secundo tertioque obconicis, hoc paululum longiore, 4 — 10 cylindricis, sensim paulo longioribus, prioribus crassitie vix brevioribus, ultimis eadem paulo longioribus, apicali elongato, praecedentibus tribus coniunctis longitudine aequali, sensim attenuato et acuminato, dense subtilissime longius albido-pubescentes ut in praecedente. Caput subtilissime punctulatum, inter antenas obsolete impressum. Thorax latitudine baseos dimidio brevior, basi coleopterorum prope latitudine, antrorsum aequaliter angustatus, ante medium cum angulis anterioribus rotundatus, apice truncatus, basi profunde bisinuatus, angulis posterioribus oblique productis, valde acuminatis, lobo intermedio leviter rotundato, supra subtilissime punctulatus, obsolete canaliculatus, utrinque leviter impressus, margine laterali elevato, haud incrassato. Elytra thorace

paulo longiora, apice exterius leviter sinuata, confertissime subtiliter punctata, pube subtilissima depressa fulva densius vestita. Abdomen parce subtilius punctatum, segmentis duobus primis margine laterali fulvo-villoso, dorsali penultimo profunde emarginato, lobis acuminatis, spiniformibus, apice villosis. Pedes glabri.

Sexus differentia latet.

Obs. 1. Praecedenti simillima et aegre distinguenda, differt autem thorace antrorsum sensim angustato, angulis posterioribus paulo acutioribus, dorso punctulato et antennis paulo longioribus, articulo ultimo magis, articulo tertio autem non elongato.

2. Habitat secundum Gyllenhal semper in Formicae rufae nidis, Dom. Aubé autem specimen in Formicae cuniculariae societate legit. Forte, ut affines, in variis formicetis obvia.

3. In Museo Regio exemplum inveni patria America septentrionali signatum, certe ad hanc speciem pertinet, an etiam patria eius indubia?

Species mihi invisae.

4. *L. inflata*: Parum punctata, fusco-rufescens, antennis subfiliformibus, thoracis lateribus incrassatis, elytris pedibusque saturate rufo-testaceis, thoracis elytrorumque angulis posticis prominulis.

Zetterst. Faun. Lappon. I. 95. 1. Ins. Lapp. 74. 2.

Habitat in Lapponia rarissime, sub cortice Betulae albae emortuae et trunco perforato unicum specimen cum Formica rufa ad Wittargi Lapponiae Tornensis, initio mensis Junii inveni.

L. strumosae similis et affinis, sed differt antennis dilutioribus, thoracis lateribus magis incrassatis, disco obscuriori, et quod duplo minor et ultra, L. paradoxae aequalis. Caput parvum, nigrum, laeve, fronte foveata. Os rufescens. Antennae elongatae, rufo-ferrugineae, articulo primo crassissimo, 2 brevissimo, 3 longiore, obconicis, 4 — 10 nodiformibus, remotis, subaequalibus, ultimo elongato, angustiore, conico, acuto. Thorax fere ut in L. strumosa formatus, scilicet brevis, transversus, postice in medio productus, utrinque sinuatus, angulis subrectis, minime prominulis, supra discum depressus, inaequalis, vix canaliculatus, margine antico et postico parum, lateribus valde elevatis, et his etiam incrassatis, fusco-piceis, nitidus, lateribus ferrugineo-testaceis, opacis, totus parce et obsolete punctulatus, subpilosus. Elytra, abdomen et pedes omnino ut in L. strumosa, etiam quoad pubescentiam. (Zett.)

Obs. Pedibus tomentosus propius ad L. strumosam, quam ad L. paradoxam accedere videtur.

Silusa Er.

Er. Col. March. I. p. 377.

Maxillae malis inaequalibus, interiore elongata, cornea, apice uncinata, intus subserrata.

Ligula elongata, angusta, integra.

Palpi labiales exarticulati, setacei.

Tarsi antici 4-, postici 5-articulati, omnes articulis primis aequalibus.

Corpus elongatum, lineare, supra depressum, subtus sat convexum, ala-

tum. Caput exsertum, deflexum, basi haud constrictum, subglobosum, ore attenuato, leviter elongato, oculis mediocribus, minus prominulis. Labrum minutum, semiorbiculare. Mandibulae muticae. Maxillae (t. III. f. 26.) mala interiore valde elongata, cornea, cultriformi, apice acuto introrsum adunco, margine interiore ante apicem spinulis minutis brevissimis serrulata, dein tenuiter ciliato, mala exteriori haud elongata, interiore duplo brevior, medio cornea, basi apiceque membranacea, portione membranacea apicali pubescente. Palpi maxillares malam interiorem parum excedentes, articulo secundo tertioque subaequalibus, illo elongato-subobconico, hoc tumidulo, quarto minuto, subuliformi. Labrum (t. III. f. 17.) mento sat magno, apice sat fortiter emarginato, ligula tenui, filiformi, integra, paraglossis nullis. Palpi labiales setacei, valde elongati, prominuli, subarticulati, articulo primo secundoque subaequalibus, tertio minimo. Antennae crassiusculae, articulo secundo tertioque obconicis, subaequalibus, 5 — 10 subtransversis, ultimo oblongo-ovato. Thorax transversus, basi coleopterorum prope latitudine, apicem versus parum angustatus. Scutellum triangulare. Elytra apice truncata, ad angulum interiorem profunde excisa. Abdomen parallelum. Pedes breviusculi, intermedii basi approximati, tarsi antici 4-, posteriores 5-articulati, articulis 4 primis aequalibus.

O b s e r v a t i o n e s.

1. Genus oris fabrica satis distinctum, mandibularum mala altera solita structura, altera elongata, ambiguum quasi inter praecedentia et sequentia.

2. Habitu Aleocharae generis quibusdam speciebus accedit, a quibus tarsorum structura differt. Tarsis anticis 4-articulatis, posterioribus articulis 4 primis inter se aequalibus cum Homalotis convenit, a quibus praeter caput basi haud constrictum et os attenuatum nisi ore accuratius inspecto aegre distinguitur.

3. Abdominis segmentum inferius sextum maris apice bisinuatum, medio leviter productum, feminae rotundatum.

4. De victu nihil mihi compertum.

* 1. *S. rubiginosa*: *Confertim punctata, nigra, antennis, pedibus elytrisque rufis, his circa scutellum anguloque exteriori apicis fuscis, thorace basi foveolato.* — Long. 1½ lin.

Er. Col. March. I. 378. 1.

Habitat Berolini, Dom. Schüppel et Dom. Weber, in Austria, Dom. Schüppel, Lutetiae, Mus. Dom. Aubé.

Corpus totum griseo-puberulum. Antennae vix capitis thoracisque longitudine, rufae. Caput laeve, subnitidum, nigrum, ore rufescente. Thorax coleopteris paulo angustior, latitudine duplo fere brevior, lateribus leviter rotundatus, antrorsum vix angustatus, angulis anterioribus rotundatis, posterioribus rectis, parum convexus, subtilissime punctatus, basi foveola transversa impressus, niger, margine laterali obscure rufescente. Elytra thorace paulo longiora, confertim fortiter punctata, sutura elevata, opaca, rufa, macula communi scutellari anguloque posteriore exteriori fuscis, seu fusca, vitta lata oblique ab humero ad angulum interiorem descendente rufa. Abdomen densius fortiter punctatum, minus subtiliter pubescens, nigrum, segmentis quatuor primis margine piceis. Pedes rufi.

Mas abdominis segmento dorsali quinto acute carinato distinctus.

Obs. 1. *Al. foveolata* Dej. nomine hoc insectum in collectione D. Aubé signatum vidi.

2 Labrum maiusculum, mandibulas omnino obtegens.

* 2. *S. rubra*: *Punctatissima, rufa, abdomine supra parce punctato, ante apicem capiteque piceis, thorace basi fovea lata impresso.* — Long. 1½ lin.

Habitat in Germania meridionali, Dom. Schüppel.

Statura omnino praecedentis, rubra seu rubro-testacea, punctatissima, subtiliter pubescens. Antennae capitis thoracisque longitudine, apicem versus subincrassatae. Caput confertim sat fortiter punctatum, infra antennas laeve, nigro-piceum, oris partibus rufo-testaceis. Thorax coleopteris parum angustior, latitudine dimidio brevior, lateribus leviter rotundatus, angulis omnibus subrectis, anterioribus deflexis, leviter convexus, confertim sat profunde punctatus, basi fovea transversa, antrorsum explanata, media et utrinque puncto impressus. Elytra thorace paulo longiora, fortiter punctata, subrugosa. Abdomen elongatum, obscure rufum, ante apicem nigricans, supra parce punctatum, segmentis posterioribus sublaevibus. Pectus piceum. Pedes flavo-testacei.

Mas abdominis segmento dorsali quinto bicarinato insignis. Femina mihi invisita.

Variat colore minus saturo, rufo-testaceo, capite pectoreque concoloribus.

Obs. Labrum minus quam in praecedente, et mandibulae sub eodem prominentes. Nihilominus cum praecedente, quantum examinatione exteriori videre licet, oris reliqui et praecipue maxillarum structura haud differt.

Pronomaea Er.

Er. Col. March. I. p. 378.

Maxillae malis aequalibus, elongatis, interiore cornea, apice uncinata, intus serrata.

Ligula bifida, minuta, sub mento occulta; paraglossae nullae.

Palpi labiales exarticulati, setacei.

Tarsi antici 4-, posteriores 5 articulati, postici articulo primo elongato.

Corpus elongatum, lineare, supra subdepressum, infra modice convexum, alatum. Caput exsertum, cernium, basi haud constrictum, ore attenuato, valde elongato, oculis mediocribus, parum prominulis. Labrum dependens, fere oblongum, apice rotundatum, mandibulas obtegens. Mandibulae muticae, membranula fimbriatae, apice libero, acuto, introrsum adunco. Maxillae (t. III. f. 27.) mala utraque elongata, lineari, tenui, interiore cornea, apice acuto, introrsum adunco, margine interiore apicem versus spinulis minutis deorsum versis serrulato, inferius ciliato, mala exteriori membranacea, margine tenuissimo interiore apiceque membranacea, apice pubescente, malae interiori aequali. Palpi maxillares elongati, articulis secundo tertioque aequalibus, parum incrassatis, quarto minimo, subulato. Labium (t. III. f. 18.) mento sat magno, apice profunde exciso, ligula brevissima, biloba, sub mento occulta, paraglossis nullis. Palpi labiales valde elongati, setacei, exarticulati. Antennae apicem versus sensim subincrassatae, articulo secundo

tertioque subaequalibus, ultimo ovato. Thorax coleopterorum latitudine, apicem versus haud angustatus. Scutellum triangulare. Coleoptera apice coniunctim leviter emarginata, ad angulum apicalem anteriorem profundius excisa. Abdomen lineare. Pedes breviusculi, intermedii brevi spatio distantes, tarsi antici 4-, posteriores 5-articulati, postici articulo primo subelongato.

O b s e r v a t i o n e s.

1. Mentum magnum, ligulam omnino occultans, quae nonnisi mento destructo conspicitur.

2. Habitus corporis linearis Oxypodae Sect. II, a qua autem non modo tarsi anticis 4-articulatis distinguitur, sed capite etiam tumido, ore producto, attenuato, fere rostrato, palpis maxillaribus elongatis et labialibus quam plurimum exsertis, setaceis discedit.

3. Sexus differentiam non cognovi.

4. Victus in silvis in musco et sub foliis deciduis.

* 1. *P. rostrata*: Nigra, nitida, thorace basi foveolato, elytris pedibusque piceis. — Long. 1½ lin.

T. 1. f. 3.

Er. Col. March. I. 379. 1.

Habitat in Germania, Gallia. In Sardinia etiam a Dom. Prof. Gené lecta.

Linearis, nigra, nitida, subtiliter punctata, tenuiter pubescens. Antennae capite thoraceque breviores, crassiusculae, obscure piceae, basi dilutiores, apice summo ferrugineo. Caput sat magnum, subtilissime punctulatum, fronte leviter convexa, clypeo apice membranaceo, luteo, labro piceo. Thorax coleopteris paulo angustior, latitudine dimidio brevior, lateribus subrectis, basin versus subangustatus, angulis anterioribus rotundatis, deflexis, posterioribus obtusis, supra leviter convexus, subtiliter punctulatus, basi foveola impressus. Elytra thorace paulo longiora, crebre fortius punctata, longius pubescentia, picea. Abdomen supra parce punctatum, fere laevigatum, parce pubescens, ano piceo. Pedes rufo-picei.

Diglossa Haliday.

Entomol. Mag. IV. p. 252.

Maxillae malis aequalibus, elongatis, exteriori cornea, apice uncinata, intus serrata.

Ligula sub mento occulta.

Palpi labiales exarticulati, setacei.

Tarsi omnes 4-articulati.

Corpus elongatum, apterum. Caput exsertum, porrectum, thorace haud angustius, basi haud constrictum, ore attenuato, producto, oculis minutis. Labrum transversum, apice leviter sinuatum. Mandibulae productae, prominulae, angustae, acutae, apice leviter introrsum incurvae, medio obsolete dentatae. Maxillae malis elongatis, longitudine aequalibus, exteriori setacea, interiori lineari, apice introrsum curvata, cornea, margine interiori subtiliter denticulato. Palpi maxillares elongati, articulo primo minuto, secundo tertioque longis, longitudine subaequalibus, hoc vix clavato, quarto obsolete. Mentum transversum, antrorsum angustatum, apice trun-

catum. Ligula sub mento occulta. Palpi labiales exarticulati, setacei, porrecti. Antennae graciliores, articulo primo cylindrico, secundo paulo longiore, clavato, tertio brevior, obconico, sequentibus brevibus, subglobosis, extremis sensim paulo crassioribus, fere transversis, ultimo iterum longiore, subgloboso-ovato. Thorax coleopteris angustior, basin versus leviter angustatus. Elytra truncata, ad angulum anteriorem vix sinuata. Abdomen elongatum, lineare. Pedes breviores, tibiis anticis angulo apicali exteriori profunde emarginato, sinu dentibus prominulis acutis terminato, tarsis omnibus 4-articulatis, anterioribus brevissimis, posticis brevibus, articulo primo paulo longiore, quarto (unguiculari) primo brevior crassioreque, unguiculis brevibus, fortiter curvatis, validis.

1. *D. mersa*: Nigra, subtiliter pubescens punctataque, palpis pedibusque ferrugineis. — Long. 1 lin.

Haliday Ent. Mag. IV. p. 252.

Habitat in arenis maritimis Hiberniae, aestu alterno opertus et reiectus.

Nigra, leviter pubescens, capite, thorace elytrisque subtiliter punctulatis. Antennae capite thoraceque paulo longiores, apicem versus perparum incrassatae, obscure ferrugineae. Palpi saturate ferruginei. Mandibulae dilutius ferrugineae. Thorax capite elytrisque angustior, latitudine longior, lateribus ante medium rotundatus, basin versus angustatus, basi apiceque truncatus. Elytra thorace haud longiora. Pedes saturate ferruginei, tibiis pubescentibus medio femoribusque obscurioribus, tarsis dilutis.

Obs. Insectum mihi invisum, ab auctore citato l. c. accuratius descriptum et icone ligno inciso illustratum, corporis habitu et oris structura summam cum *Protonomaea rostrata* nostra similitudinem prae se fert. Tarsi 4-articulati, articulo ultimo brevi incrassato, unguiculis brevibus, fortibus, fortiter curvatis instructo et tibiae anticae apice emarginatae huic generi peculiares. Victus Blediorum quorundam. Analogia cum *Oxytelis* tiliarum anticarum structura probatur. Nomen generis ex errore, quo auctor palpos labiales pro ligulae lacinias habuit, ortum, non sine dubio immutatum recepi.

Myllaena Er.

Er. Col. March. I. p. 382.

Centroglossa Matthews Ent. Mag. V. p. 191.

Maxillae malis aequalibus, elongatis, interiori cornea, apice uncinata, intus serrata.

Ligula brevis, integra.

Palpi labiales exarticulati, setacei.

Tarsi antici 4-, posteriores 5-articulati, antici articulo primo brevissimo, postici subelongato.

Corpus oblongum, antice obtusum, anum versus sensim attenuatum, acuminatum, convexum, alatum. Caput basi haud constricta a thorace receptum, deflexum, subglobosum, ore attenuato, modice elongato, fronte convexa, oculis lateralibus, mediocribus, parum prominulis. Labrum coriaceum, semi-orbitulare, mandibulas obtogens. Mandibulae muticae. Maxillae (t. III. f. 29.) mala utraque valde elongata, interiori cornea, linearicultriformi, apice acuto introrsum adunco, margine interiori apicem versus

spinulis brevissimis subtiliter serrulato, exteriore membranea, lineari, interiori aequali, apice pilosulo. Palpi maxillares malas parum superantes, articulo secundo satis elongato, tertio hoc paulo brevior, tumidulo, quarto minuto, subulato. Labium (t. III. f. 20.) mento transverso, apice leviter emarginato, utrinque spina porrecta, lineari, valde elongata terminata, ligula brevissima, rotundata, integra, paraglossis nullis. Palpi maxillares valde elongati, prominuli, setacei, exarticulati. Antennae tenuiusculae, articulo secundo tertio sesqui longiore, ultimo oblongo-ovato, apice acuminato. Thorax basi coleopterorum latitudine, eaque amplectens, lateribus rotundatus, apicem versus fortiter angustatus, convexus. Scutellum thoracis margine obtectum. Coleoptera apice coniunctim emarginata, utrinque ad angulum exteriorem excisa. Abdomen apicem versus sensim attenuatum, acuminatum, stylis analibus exsertis. Pedes breviusculi, intermedii basi approximati, tibiis glabris, tarsis anticis 4-, posterioribus 5-articulatis, anticis articulo primo brevissimo, posticis elongato.

O b s e r v a t i o n e s.

1. Corpus totum subtilissime punctatum, pube densa subtilissima brevissimaque sericeum. Thorace amplo et abdomine apicem versus attenuato habitus omnino Tachypororum, Oxypodis sectionis prioris quoque non dissimiles minutae hae species, quibuscum insuper elytris apice ad angulum exteriorem excisis congruunt, distinctae tamen ore attenuato, subrostrato. Palpi labiales setacei plerumque prominent.

2. Ingeniose Com. Mannerheim Myllaenam sequenti generi adscribit, attamen accuratius examinata oris et tarsorum structura, tibiisque haud spinulosis satis distincta.

3. Abdominis segmentum inferius sextum in altero sexu apice truncatum, in altero acute rotundatum.

4. Victus in silvis in musco et sub foliis deciduis.

* 1. *M. dubia*: Nigra, opaca, cinereo-sericea, thoracis angulis posticis prominulis. — Long. $1\frac{1}{4}$ lin.

Er. Col. March. I. 383. 1.

Aleochar. dubia Grav. Mon. 173. 67. — *Gyll. Ins. Suec. II. 426. 48.* — *Sahlb. Ins. Fenn. I. 395. 85.* — *Zetterst. Ins. Lapon. 79. 32.*

Gymnusa dubia Mannerh. *Brachelytr. 66. 2.*

Centroglossa conuroides Matthews *Ent. Mag. V. p. 195. f. 1.*

Habitat in Europa.

Antennae fuscae, articulo primo flavo. Palpi flavi, articulo tertio fusco. Thorax antrorsum angustatus, lateribus angulisque anterioribus rotundatis, angulis posterioribus retrorsum prominulis, basi profundius bisinuatus. Abdomen apice segmentorumque ventralium marginibus rufo-piceis. Pedes flavi, femoribus fuscis.

* 2. *M. intermedia*: Nigra, opaca, cinereo-sericea, thoracis angulis posticis subrectis. — Long. $\frac{3}{4}$ lin.

Er. Col. March. I. 383. 2.

Habitat in Germania.

Praecedenti affinis, at plus duplo minor. Antennae fuscae, articulo primo flavo. Os flavum. Thorax antrorsum angustatus, lateribus minus

rotundatus, basi leviter bisinuatus, angulis posterioribus parum prominulis, subrectis. Abdomen apice testaceum. Pedes testacei, postici fusciscentes.

Variat immatura colore rufo-testaceo, abdominis basi pectoreque nigris.

* 3. *M. minuta*: Nigra, opaca, cinereo-sericea, thoracis angulis posticis obtusis. — Long. $\frac{1}{2}$ lin.

Er. Col. March. I. 384. 3.

Aleochar. minuta Grav. Mon. 174. 68. — *Gyll. Ins. Suec. II. 427. 29.*

Habitat in Germania, Suecia.

Praecedenti simillima, at paulo angustior et duplo minor. Antennae articulo primo concolore. Os fusco-testaceum, palpis maxillaribus fuscis. Thorax antrorsum vix angustatus, lateribus parum rotundatus, basi levissime bisinuatus, angulis posterioribus obtusis. Pedes fusco-testacei.

Gymnusa Karsten.

Grav. Mon. p. 173. — *Mannerh. Brachelytr. p. 66.* — *Er. Col. March. I p. 380.*

Maxillae malis aequalibus, elongatis, interiore cornea, apice uncinata, intus inaequaliter serrata.

Ligula bifida, laciniis porrectis, elongatis, setaceis, palpis aequalibus; paraglossae nullae.

Palpi labiales setacei, exarticulati.

Tarsi omnes 5-articulati, postici articulo primo elongato.

Corpus oblongum, utrinque attenuatum, convexum, alatum. Caput basi haud constricta a thorace receptum, deflexum, subglobosum, ore attenuato, elongato, fronte convexa, oculis facialibus, mediocribus, parum prominulis, ovatis. Labrum maiusculum, suborbiculare, dependens, mandibularum apicem tegens. Mandibulae elongatae, lineares, apice acute bidentatae, dente altero apicali, altero ante apicem sito, margine interno infra dentes membranula interne acute denticulata fimbriato. Maxillae (t. III. f. 28.) mala utraque cornea, valde elongata, interiore cultriformi, apice acuto, aduncó, margine interiore ante apicem inaequaliter acute serrato, exteriore lineari, ad basin sinuato-excisa, apice setulis duabus barbulaeque introrsum vergente terminata. Palpi maxillares itidem valde elongati, tenues, articulo secundo longissimo, tertio hoc paulo brevior, apicem versus parum incrassato, quarto minimo, subulato: Labium (t. III. f. 19.) mento sat magno, apice profunde emarginato, ligula elongata, bifida, laciniis coriaceis, linearibus vel subsetaceis, palpis subaequalibus, paraglossis nullis. Palpi labiales elongati, setacei, apice obsolete articulati, ita ut, si articulatos respicias, articulus primus sit longissimus, secundus minimus, tertius hoc paululum longior. Antennae tenues, articulis 2—10 subobconico-teretibus, 11mo ovato. Thorax basi coleopterorum latitudine, eaque amplectens, basi utrinque subsinuatus, antrorsum angustatus, lateribus rotundatus, supra convexus. Scutellum thoracis margine obtectum. Coleoptera apice coniunctim emarginata, utrinque ad angulum exteriorem excisa. Abdomen apicem versus sensim attenuatum, stylis analibus distinctis. Mesosternum subtiliter carinatum. Pedes brevius-

sculi, intermedii basi approximati, tibiis spinulosis, tarsis omnibus 5-articulatis, postici articulo primo valde elongato.

O b s e r v a t i o n e s.

1. Genus insigni modo distinctum, neque cum aliquo confundendum. Mandibulae acute dentatae, oculi in capitis facie anteriore siti, tibiae spinulosae et styli anales exserti characteres sunt singulares in hac tribu, in cuius finem collocavi hoc genus, pariter ad Tachyporinos atque ad Staphylininos vergens.

2. Abdomen segmento sexto inferiore maris apice leviter emarginato, septimo fortiter inciso, feminae segmento sexto apice utrinque leviter sinuato, medio acute rotundato, septimum occultante. Qua sexus differentia a reliquis Aleocharinis hoc genus quodammodo discedit, magis autem Staphylininis quam Tachyporinis appropinquatur.

3. Victus sub musco et ad arborum radices.

* 1. *G. brevicollis*: *Nigra*, antennarum articulo primo tarsisque testaceis. — Long. $2\frac{1}{2}$ lin.

Mannerh. Brachelytr. 66. 1. — *Boisd. et Lacord. Faun. Ent. Paris. I.* 534. 1. — *Er. Col. March. I.* 381. 1.

Staphyl. brevicollis *Payk. Faun. Suec. III* 398. 40.

Aleochar. brevicollis *Gyll. Ins. Suec. II.* 425. 47. — *Sahlb. Ins. Fenn. I.* 394. 84. — *Zetterst. Faun. Lappon. I.* 103. 22. *Ins. Lappon.* 79. 31.

Aleochar. carnivora *Grav. Mon.* 171. 60.

Aleochar. excusa *Grav. Mon.* 172. 66.

Habitat in Germania, Suecia.

Nigerrima, subnitida, subtilissime tenuissimeque cinereo-pubescentis. Antennae articulo primo rufo. Caput laeve. Thorax basi coleopterorum latitudine, latitudine paulo brevior, basi subsinuatus, angulis posticis obtusiusculis, convexus, subtiliter punctatus. Elytra thoracis longitudine, confertim subtiliter punctata, opaca. Abdomen minus subtiliter punctatum. Pedes nigri, tarsis rufo-testaceis.

2. *G. laticollis*: *Atra*, tenuiter sericeo-pubescentis, palpis tarsisque luteofuscis. — Long. $1\frac{1}{2}$ lin.

Habitat in Germania, Gallia.

Habitu omnino praecedentis, at plus duplo minor, tota confertissime subtilissimeque punctulata, atra, pube tenuissima cinereo-sericea dense vestita. Antennae filiformes, basi obscure fusciscentes. Labrum transversim orbiculatum palpique flavescens-fusca. Thorax coleopteris sublatis, brevis, longitudine duplo lator, basi bisinuatus, angulis posterioribus subrectis, retrorsum prominulis, supra leviter convexus. Elytra thorace longiora. Pedes nigri, geniculis tarsisque fusco-luteis.

Obs. Statura triplo fere minore, pube densa, sericante, labro transverso, thorace brevior et latior a praecedente facile distinguitur.

Tribus secunda.

Tachyporini.

Stigmata prothoracica *conspicua*.

Antennae sub frontis margine laterali insertae.

Labrum integrum, corneum, fimbria et laciniis membraneis nullis.

Mandibulae haud prominentes, muticae, trigonae aut subfalcatae, limbo membraneo, interne ciliato, margini interiori affixo intus fimbriatae, apice libero acuto in plerisque;

valde elongatae, tenues, falcatae, acutae in *Tanygnatho*.

Maxillae cardine stipiteque corneis, malis coriaceis membranaceisve, exteriore apice, interiore margine interiore barbatis in plerisque;

malis, elongatis, linearibus, interiore apice unicata in *Trichophyo*.

Palpi maxillares 4-articulati, articulo primo minuto, secundo tertioque elongatis, quarto

minuto, subulato in *Hypocypto*, *Conuro*, *Tachyporo*, *Mycetoporo*; elongato, apice valde acuminato in *Habrocero*.

praecedenti aequali, apice leviter acuminato in *Tachino*, *Trichophyo*, *Boletobio*, *Tanygnatho*.

Mentum corneum, transversum, antrorsum angustatum, apice truncatum aut leviter emarginatum.

Labium membranaceum magis minusve exserendum.

Ligula membranaea,

lata biloba, paraglossis ei connatis, linea ciliata indicatis in *Conuro*, *Tachyporo*, *Habrocero*, *Tachino*;

angustiore, paraglossis nullis in *Boletobio* et *Mycetoporo*;

rotundata, medio producta, paraglossis nullis in *Hypocypto*;

bifida, paraglossis eadem brevioribus in *Trichophyo*.

Palpi labiales triarticulati plerisque;

filiformes *Conuro*, *Tachyporo*, *Habrocero*, *Tachino*, *Boletobio*;

articulo ultimo subulato aut fere subulato *Hypocypto*, *Mycetoporo*,

Tanygnatho;

biarticulati (?) *Trichophyo*.

Antennae infra oculos sub capitis margine laterali insertae,

11-articulatae, filiformes plerisque;
tenuis, articulis singulis verticillato-pilosis, primis duobus crassiusculis
in Habrocero et Trichophyo;

10-articulatae, clavatae in Hypocypto.

Oculi parvi rotundati aut ovals, haud prominentes.

Caput thoraci insertum, basi haud constrictum, deflexum vel inflexum.

Thorax amplus, convexus, postice coleopterorum basin, antice caput amplectens.

Prosternum triangulare, spatio pone coxas anteriores membraneo.

Pectus metathoracis epimeris magnis, retrorsum prominentibus.

Scutellum triangulare.

Elytra pectore distincte longiora in Hypocypto, Conuro, Tachyporo, Habrocero, Tachino;

aut pectus longitudine vix superantia in Trichophyo, Boletobio, Mycetoporo, Tanygnatho.

Abdomen apicem versus attenuatum, segmentis sex primis distinctis, septimo saepius occulto, stylis analibus plerumque haud distinctis;

marginatum in plerisque;

immarginatum in Conuro.

Pedes coxis anticis exsertis, conicis, posticis parallelopipedis, trochanteribus posticis fulcrantibus, tibiis aut omnibus aut posterioribus plerumque, nonnunquam etiam femorum apice spinulosis, tarsis

5-articulatis in plerisque,

4-articulatis in Hypocypto et Tanygnatho,

anticis saepe dilatatis;

unguiculis tenuibus, falcatis, simplicibus.

Sexus differentia saepius abdominis segmentorum posteriorum figura et tarsis anticis maris fortius dilatatis cognoscitur, in generibus et speciebus variis vario modo se habens, et in iisdem describendis accuratius illustranda.

Observationes.

1. Corpus minutum, agile, habitu quodam peculiari, convexus, ante et postice attenuatum, licet antice obtusiusculum, abdomine in vivis modice elongato.

2. Huius tribus minus numerosae plerasque sibi cognitae species Fabricius immerito Oxyptero subiunxit, Gravenhorst genera Tachyporum et Tachinum ex iis constituit, illud primo (Mic. p. 124.) species palporum maxillarum articulo quarto subulato, dein (Mon. p. 1.), methodo magis naturali, species elytris longioribus continens, hoc primo (Mic. p. 134.) species palpis maxillaribus filiformibus, dein (Mon. p. 22.) species elytris pectore haud longioribus amplectens. Genera hodierna pleraque iam ab auctore celebri familiarum nomine in utroque genere suo distincta sunt.

Hypocyptus Schüpp.

Er. Col. March. I. p. 387.

Hypocyphtus Mannerh. Brachelytr. p. 58. — Boisd. et Lacord. Faun. Ent. Paris. I. p. 519.

Cypha Stephens Illustr. V. p. 187.

Antennae 10-articulatae, articulis ultimis tribus crassioribus.
Palpi maxillares articulo quarto subulato.

Ligula rotundata, integra.

Elytra pectore longiora.

Tarsi 4-articulati.

Corpus parvum, globatum, alatum. Caput latum, inflexum, oculis rotundatis, parum prominulis. Labrum transversum, integrum. Mandibulae minutae, muticae. Maxillae (t. IV. f. I. b.) malis membranceis, interiore apice oblique truncata, ibique barbata, exteriore extus profunde sinuata, apice introrsum barbata, interiorem paulum superante. Palpi maxillares articulo primo minimo, secundo elongato, subclavato, tertio ovato, tumidulo, quarto minimo, subulato. Labium (t. IV. f. I. a.) mento transversum, apice truncato, ligula membranea, semiorbiculari, medio processu minuto umbonata, paraglossis nullis. Palpi labiales articulis duobus primis crassiusculis, secundo brevioribus, tertio sat elongato, tenni, subuliformi. Antennae 10-articulatae, articulis primis duobus crassiusculis, ultimis tribus leviter incrassatis, clavam oblongam formantibus. Thorax transversus, basi coleopteris latitudine subaequalis, antrorsum angustatus, rotundatus, basi utrinque sinuatus, leviter convexus. Scutellum obtectum. Elytra convexiuscula, apice singula rotundata. Abdomen minus elongatum, apicem versus attenuatum. Pedes breves, debiles, intermedii basi satis distantes, interstitio aequali, coxae posticae haud amplae, parallelopipedae, tibiae omnes laeves vel subtilissime setulosae; tarsi omnes 4-articulati, articulo primo leviter elongato, tarsorum anteriorum incrassato, sequentibus duobus minimis, ultimo primo paulo brevioribus.

Observationes.

1. Corpus laeve, parce pubescens, capite thoraceque fortiter inflectendis globatilo, globatum Agathidiorum more seminulum tenens.

2. Affinitates huius generis cum Aleocharinis admodum obviae videntur, ligulaeque forma affirmantur. Antennarum insertio autem huius Tribus. Cum genere Oligota artissime coniungitur, non solum corporis figura, sed etiam articularum antennarum tarsorumque numero comminuto.

3. Victus in sylvis, vel sub lignorum cortice recentiore, nondum exsiccatolatitantes vel in gramine herbisque vagantes reperias. Reliqua vivendi ratio latet. Praeter indigenas paucas nulla mihi innotuit species.

4. Genus hocce sub Scaphidio apud Payk. et Gyllenhal, sub Tachyporo apud Gravenhorst militans, primus cognovit et proposuit Dom. Schüppel. Vulgo scribunt Hypocyphtus contra regulas etymologicas, scribendum esset aut Hypocyphtus aut Hypocyptus. Hoc ultimum nomen ab inventore erudito pro suo agnoscitur.

* 1. *H. longicornis*: Niger, nitidus, parce pubescens, antennis apicem versus sensim incrassatis pedibusque testaceis, thoracis angulis posterioribus subrectis. — Long. $\frac{2}{3}$ — $\frac{2}{4}$ lin.

Mannerh. Brachelytr. 58. 1. — Boisd. et Lacord. Faun. Ent. Paris. I. 521. 3. — Er. Col. March. I. 388. 1.

Scaphidium longicorne Payk. Faun. Suec. III. 340. 3. — Gyll. Ins. Suec. I. 191. 6 IV. p. 294. — Sahlb. Ins. Fenn. I. 63. 4.

Scaphidium acuminatum Marsh. Ent. Britt. 234. 3.

Tachyporus granulum Grav. Mon. 3. 1.

Hypocyphtus granulum Boisd. et Lacord. Faun. Ent. Paris. I. 520. 1.

Hypocyptus globulus Boisd. et Lacord. Faun. Ent. Paris. I. 521. 2.

Habitat in Europa, sub arborum cortice.

Niger, nitidus, pube subtili depressa cinerea parce adpersus. Antennae testaceae, articulis duobus primis sat magnis, primo subgloboso, secundo cylindrico, 3 — 5 tenuibus, inter se aequalibus, crassitie vix longioribus, 6 et 7 paulo crassioribus et sensim paulo longioribus, subobconicis, sequentibus tribus clavam valde elongatam, parum incrassatam, fusiformem formantibus, penultimis duobus aequalibus, obconicis, ultimo his coniunctis longitudine aequali, at non crassiore, apicem versus sensim attenuato. Palpi testacei. Caput fronte planiuscula, laevi. Thorax basi coleopterorum prope latitudine, antrorsum angustatus, latitudine baseos plus duplo brevior, lateribus cum angulis anterioribus fortiter rotundatus, apice truncatus, basi leviter bisinuatus, angulis posterioribus subrectis, fortiter convexus, margine laterali dilatato, pallido, pellucido. Elytra thorace sesqui longiora, apice rotundata, convexa, parcius subtilissime punctata, nigro-picea. Abdomen parce subtilissime punctatum, apice plerumque piceum. Pedes testacei.

Mas abdominis segmento sexto inferiore apice profunde triangulariter exciso, femina eodem integro rotundato. Tarsi antici in utroque sexu simplices.

Obs. *H. granulum* Boisd. et Lacord. thorace elytris piceis, *H. globulum* eorundem auctorum non nisi statura paulo minore a genuinis discedunt.

* 2. *H. discoideus*: Niger, pubescens, antennis articulis ultimis tribus abrupte maioribus pedibusque testaceis, elytris disco rufis, thorace angulis posterioribus rotundatis. — Long. $\frac{1}{2}$ lin.

Er. Col. March. I. 388. 2.

Habitat Berolini, Dom. Schüppel et ipse.

Præcedente dimidio vel duplo minor, nigro-piceus, pube longiore, depressa, fulvescenti-grisea densius vestitus. Antennae flavo-testaceae, pilosae, articulis 3—7 tenuioribus, 8 et 9 his duplo crassioribus, subobconicis, ultimo his coniunctis longitudine aequali, elongato, apice acuminato, his ultimis tribus clavam valde elongatam at parum incrassatam formantibus. Caput parcius subtiliter punctatum, nigrum, nitidum, ore testaceo. Thorax basi coleopterorum latitudine, antrorsum angustatus, latitudine baseos plus duplo brevior, basi subbisinuatus, angulis posterioribus rotundatis, transversim convexus, parcius subtilissime punctatus, piceus, margine basali tenui et laterali subdilatato testaceo-pallidis. Elytra thorace sesqui longiora, apice oblique truncata, leviter convexa, crebre subtiliter punctata, testaceo-rufa, basi et lateribus fusca. Abdomen parce subtiliter punctatum, piceum, supra segmentis anterioribus quatuor margine posteriore rufescente, ultimis duobus totis rufo-testaceis, subtus rufo-testaceum, basi piceum. Pedes testacei.

Mas abdominis segmento sexto inferiore apice emarginato, tarsi antici articulo primo dilatato.

Femina abdominis segmento sexto inferiore apice rotundato, tarsi antici simplicibus.

* 3. *H. laeviusculus*: Niger, antennis articulis ultimis tribus abrupte maioribus pedibusque nigricantibus, thorace angulis posterioribus subrectis. — Long. $\frac{1}{2}$ lin.

Mannerh. Brachelytr. 58. 2. — Er. Col. March. I. 389. 3.

Scaphid. longicorne var. *b* Gyll. Ins. Suec. II. 191. 6. — Sahlb. Ins. Fenn. I. 63. 4.

Habitat in Europae pratis.

H. longicorni duplo minor, niger, nitidus, parce subtiliterque cinereo-pubescens. Antennae articulis duobus primis crassiusculis, 3 — 7 minutis, subaequalibus, 8 et 9 maioribus, inter se aequalibus, ultimo his coniunctis longitudine aequali et paulo crassiore, apice acuminato, cum iis clavam elongatam minus incrassatam formante, albido-pilosellae, nigro- vel fusco-piceae, basi nonnunquam dilutiores. Palpi nigro-picei. Caput parce subtilissime punctatum. Thorax basi coleopterorum latitudine, antrorsum angustatus, latitudine baseos plus triplo fere brevior, basi subbisinuatus, angulis posterioribus subrectis, acumine summo rotundatis, transversim convexus, parce subtilissime punctatus, margine laterali anguste obsoleteque obscure testaceo-pellucente. Coleoptera thorace sesqui longiora, apice oblique truncata, convexa, crebrius subtiliter punctata. Abdomen crebrius punctulatum, longius pubescens, segmentis singulis piceo-marginatis. Pedes vel nigro-vel fusco-picei, tarsi subtestaceis.

Mas abdominis segmento sexto inferiore apice emarginato, tarsi antici articulo primo dilatato.

Femina abdominis segmento sexto inferiore apice rotundato, tarsi antici simplicibus.

Variat immaturus colore corporis ferrugineo.

* 4. *G. seminulum*: Niger, nitidus, antennis ultimis tribus abrupte maioribus pedibusque testaceis, thorace angulis posterioribus subrectis. — Long. $\frac{1}{3}$ lin.

Er. Col. March. I. 389. 4.

Habitat in Germania: Berolini a me lectus.

Præcedente plerumque paulo minor, niger, nitidus, tenuiter subtiliterque cinereo-pubescens. Antennae articulis duobus primis crassiusculis, 3 — 5 minutis, subaequalibus, 6 et 7 vix crassioribus, 8 et 9 distincte maioribus, ultimo his coniunctis longitudine subaequali et paulo crassiore, apice acuminato, longius pilosellae, totae rufo-testaceae. Palpi rufi. Caput parce subtilissime punctatum. Thorax basi coleopterorum latitudine, antrorsum angustatus, latitudine baseos triplo fere brevior, basi leviter bisinuatus, angulis posterioribus subrectis, convexus, laevis, margine laterali tenui pallido-pellucido. Elytra thorace tertia parte longiora, apice oblique truncata, crebrius subtiliter punctata. Abdomen parcius punctulatum, subtus apice piceo-rufescens. Pedes rufo-testacei, femoribus posticis nigro-piceis.

Mas latet.

Femina abdominis segmento sexto inferiore apice rotundato, tarsi antici simplicibus.

* 5. *H. pulicarius*: Niger, nitidus, thorace elytris piceis, antennis articulis ultimis tribus abrupte maioribus pedibusque testaceis, thorace angulis posterioribus subrotundatis. — Long. $\frac{1}{2}$ lin.

Habitat in Germania: Berolini a Dom. Schüppel lectus.

Praecedenti affinis, at paulo maior, niger, nitidus, pube longiore de-
pressa grisea parce vestitus. Antennae longiores, articulis duobus primis
maiusculis, 3 — 5 minutis, aequalibus, 6 et 7 his paulo longioribus, at vix
crassioribus, 8^o et 9 distincte maioribus, subobconicis, inter se aequalibus,
ultimo elongato, his coniunctis paulo longiore et paulo crassiore, fusiformi,
apice fortiter acuminato, parce pilosellae, totae laete rufo-testaceae. Ca-
put laeve, ore cum palpis rufo-testaceo. Thorax basi coleopterorum lati-
tudine, apicem versus angustatus, latitudine baseos plus duplo brevior, basi
vix sinuatus, angulis posterioribus subrotundatis, convexus, laevis, piceus,
margine anteriore et posteriore dilutiore, rufescente, laterali latiore, testaceo-
pellucido. Elytra thorace tertia parte longiora, oblique truncata, convexa,
parce subtilissime punctata, picea. Abdomen parce subtilius punctatum, apice
rufo-piceum. Pedes dilute testacei.

Mas latet.

Femina abdominis segmento sexto inferiore apice rotundato, tarsis
anticis simplicibus.

Obs. Praecedenti proxime affinis, differe autem videtur statura maiore, an-
tennis longioribus et pedibus dilutioribus, thoracis angulis posterioribus potius ro-
tundatis, elytris parce punctatis.

Conurus Steph.

Steph. Illustr. V. p. 188.

Tachyporus * Er. Col. March. I. p. 390.

Antennae 11-articulatae, filiformes.
Palpi maxillares articulo quarto subulato.
Ligula biloba, lobis emarginatis.
Elytra pectore longiora.
Abdomen immarginatum.
Tarsi 5-articulati.

Corpus oblongum, antice obtuse rotundatum, postice sensim attenua-
tum, convexum, alatum. Caput thoraci insertum, deflexum, convexum, ore
obtusiusculo, oculis mediocribus rotundatis, parum prominentibus. Labrum
perbreve, integrum. Mandibulae breves, trigonae, intus membrana angusta
fimbriatae. Maxillae malis membranaceis, apice barbatis, exteriore interio-
rem vix superante. Palpi maxillares articulo primo minuto, secundo ter-
tioque longitudine subaequalibus, hoc leviter incrassato, quarto parvo subu-
lato. Labium (t. IV. f. 2.) mento transverso, ligula membranea, incisione
profundore biloba, lobis latis, fortiter emarginatis, apice introrsum spinulis
nonnullis validioribus munitis, paraglossis ligulae aequalibus eique omnino
connatis, nonnisi ciliarum serie indicatis. Palpi labiales articulo primo cras-
siusculo, secundo hoc duplo brevior, tertio primo longitudine aequali, ten-
nuiore, acuminato. Antennae filiformes, apicem versus saepius subincras-
satae. Thorax convexus, basi elytris arete applicatus, antrorsum magis
minusve angustatus, apice truncatus, angulis anterioribus tamen leviter pro-
minentibus, acutiusculis. Elytra pectore paulo longiora, lateribus marginata,
angulo apicali exteriore recto. Abdomen immarginatum, apicem versus
sensim fortiter attenuatum, vivis sat elongatum. Mesosternum carinatum.
Pedes elongati, coxis posterioribus parallelepipedis, ad femorum basin

scutiformi-elevatis, antici femoribus tibiisque muticis, posteriores femoribus
apice tibiisque totis magis minusve spinulosis, spinis tibiatarum terminalibus
omnibus subtilibus, tarsis omnibus articulis 4 primis decrescentibus, poste-
rioribus valde elongatis, undique glabris, articulo ultimo leviter elongato.

Observationes.

1. Corpus totum pube subtili depresso sericante vestitum, abdomine lateribus
et apice magis minusve pilosellum.

2. Genus summa affinitate cum Tachyporo coniunctum, at notis pluribus,
praeter habitum peculiarem distinctum videtur. Differt imprimis ligulae laciniis
emarginatis, mesosterno carinato, abdomine immarginato, femoribus posterioribus
apice spinulosis, tibiis autem minus spinulosis, tarsis subtus haud pubescentibus, ar-
ticulo quarto non adeo minuto et corpore toto pube sericante obducto.

3. Differentia sexualis fere ut in Tachyporo :

Mas abdominis segmento sexto superiore integro, vel apice subacuminato,
inferiore apice exciso, septimo conspicuo.

Femina abdominis segmento sexto superiore apice quadrifido, inferiore apice
subacuminato, setis rigidis dense ciliato.

4. Victus sub arborum cortice, in truncis putridis et sub foliis deciduis.

* 1. *C. littoreus*: Fuscus, sericeo-pubescentis, antennis basi apiceque, tho-
racis angulis posterioribus, elytrorum macula basali pedibusque rufo-
testaceis. — Long. 2 lin.

Staphyl. littoreus Linn. Faun. Suec. n. 852. Syst. Nat. I. II. 685. 18. — Goeze
Ent. Beitr. I. 720. 18. — De Vill. Ent. I. 416. 18.

Tachyporus littoreus Er. Col. March. I. 390. 1.

Oxyporus cellaris Fab. Ent. Syst. I. II. 532. 5. Syst. El. II. 605. 5.

Staphyl. cellaris Payk. Faun. Suec. III. 421. 67.

Tachypor. cellaris Grav. Micr. 131. 10. Mon. 5. 7. — Latr. Hist. nat. Crust. et
Ins. X. 8. 10. — Gyll. Ins. Suec. II. 244. 9. — Sahlb. Ins. Fenn. I. 292. 9. —
Zetterst. Ins. Lappon. 55. 8. — Mannerh. Brachelytr. 60. 11. — Boisd. et Lucord.
Faun. Ent. Paris. I. 518. 9.

Staph. pubescens Payk. Mon. Carab. App. 138. 53—54.

Staph. tomentosus Rossi Faun. Etr. Mant. 95. 219. (ed. Hellw. 443. 218.)

Oxyporus 2-maculatus Fab. Ent. Syst. I. II. 533. 8. Syst. El. II. 606. 8.

Staph. maculatus Fourc. Ent. Par. I. 169. 20.

le *Staph. noir à taches jaunes* Geoffr. Hist. Ins. I. 369. 20.

Habitat in Europa.

Leviter convexus, fuscus, opacus, dense subtiliterque sericeo-pubescentis.
Antennae capite thoraceque paulo longiores, apicem versus vix incrassatae,
articulis 5 — 10 subobconicis, sensim paulo brevioribus et crassioribus, ul-
timo ovato, abrupte acuminato, testaceae, medio fuscae. Caput fronte le-
viter convexa, parce subtilissime punctatum, nigrum, ore flavo-testaceo.
Thorax coleopteris perparum latior, latitudine paululum brevior, antror-
sum angustatus, apice plus dimidio quam basi angustiore, lateribus praecipue
pone medium rotundatis, basi utrinque subsinuatus, angulis posterioribus po-
stice prominulis, acutis, modice convexus, dense subtilissime punctatus, an-
gulis posterioribus macula magna rufo-testacea notatis. Elytra thorace
sesqui prope longiora, apice oblique truncata, parum convexa, confertissime
subtilissimeque punctata, macula magna statim pone basin, aequali spatio a
sutura et a margine exteriore distante, rhomboidea rufo-testacea. Abdo-

men parcius subtilissime punctulatum, longius pubescens, minus pilosellum, segmentis singulis margine apicali rufescentibus. Mesosternum modice carinatum. Pedes testacei, coxis anterioribus concoloribus, tibiis parce spinulosis, tarsis posticis valde elongatis.

Mas abdominis segmento sexto subtus apice sat fortiter triangulariter exciso, tarsis anticis articulis tribus primis leviter dilatatis.

Femina abdominis segmento sexto inferiore apice medio triangulariter producto, setis rigidis dense ciliato, superiore quadrifido, laciniis intermediis profunde divisis, tarsis anticis simplicibus.

Variat elytrorum macula effusa, discum totum occupante, margine tenui, angulo scutellari latius, apice exteriori late fuscis. Thoracis latera ante maculam testaceam saepe fusco-rufa.

Obs. 1. *Oxyporus bimaculatum* Fabr. non nisi secundum eius descriptionem huic speciei allegavi, specimen enim descriptum in collectione citata desideratur.

2. Exemplum nomine *Tachypori trinotati* a Dahlio missum, in Carinthia lectum, communicavit Dom. Schüppel.

* 2. *C. grossus*: *Fusco-niger, sericeo-pubescens, elytris thorace paulo longioribus, pedibus rubris, antennis longis, articulis duobus primis rubris.* — Long. 3 lin.

Habitat in Madagascar, Dom. Goudot.

Reliquis multo maior, sat convexus, fusco-niger, subnitidus, pube fusco-nigra vestitus. Antennae elongatae, coleopterorum apicem fere attingentes, apicem versus haud incrassatae, articulis a tertio inde omnibus elongatis, ultimo apice sensim acuminato, nigro-fuscae, articulis duobus primis rubris. Palpi rubri. Caput parcius subtiliter punctatum, fronte leviter convexa, nigrum, infra oculos rufo-piceum. Thorax coleopteris paulo latior, latitudine baseos paulo brevior, antrorsum fortiter angustatus, apice basi triplo fere brevior, lateribus aequaliter rotundatus, margine basali recto, angulis posterioribus fortiter prominentibus, subrotundatis, fortiter convexus, sat dense subtiliter punctatus. Elytra thorace paululum longiora, apice oblique truncata, transversim convexa, confertissime subtiliter punctata. Abdomen minus confertim subtiliter punctatum, parcius pubescens, fortiter nigro-pilosellum, summo apice nonnunquam rufescente. Pectus fortiter carinatum. Pedes rubri, coxis anticis concoloribus, femoribus posterioribus apice fortius, tibiis interne parcius breviterque spinulosis, tarsis posticis sat elongatis.

Mas abdominis segmento quinto subtus apice leviter emarginato, sexto inferiore profunde inciso, superiore sat acute acuminato, tarsis anticis articulis tribus primis fortiter dilatatis, antennis longioribus, articulis ultimis magis elongatis.

Femina abdominis segmento sexto inferiore apice rotundato, setis fulvis dense ciliato, superiore quadrifido, laciniis intermediis sat profunde divisis, tarsis anticis articulis tribus primis leviter dilatatis, antennis articulis ultimis minus fortiter elongatis.

Variat corpore subtus toto rufo-brunneo vel castaneo.

* 3. *C. australis*: *Niger, fusco-pubescens, antennis basi apiceque testaceis, pedibus rubris, elytris thorace tertia parte longioribus, apice oblique truncatis.* — Long. 2 lin.

Habitat in Terra Van-Diemenii, Dom. Schayer.

Habitu omnino *C. pubescens*, at paulo maior, praecipue latior, *C. littoreo* aequalis, hoc autem multo convexior, niger, subnitidus, pube brevi, depressa, fusca, subsericante vestitus. Antennae capitis thoracisque prope longitudine, articulis 3 et 4 elongatis, teretibus, 5 — 10 subobconicis, sensim paulo brevioribus et crassioribus, ultimo ovato, apice acuminato, articulis duobus primis pallide testaceis, tertio testaceo, apice fusco, 5 — 10 fuscis, ultimo testaceo. Caput convexiusculum, laevigatum, parcius pubescens, nigrum, nitidum, ore rufo-testaceo. Thorax coleopteris paulo latior, latitudine paulo brevior, antrorsum angustatus, apice duplo quam basi angustior, lateribus rotundatus, margine basali recto, angulis posterioribus leviter retrorsum prominentibus, subrectis, convexus, confertim subtilissime punctatus, margine basali piceo. Elytra thorace tertia parte longiora, apice oblique truncata, convexa, confertissime subtiliter punctata. Abdomen confertim subtiliter punctulatum, segmentis singulis piceo-marginatis, lateribus et apice fortius pilosellum. Mesosternum acute carinatum. Pedes rubri seu ferruginei vel testacei, coxis anticis concoloribus, tarsis posticis sat elongatis.

Mas abdominis segmento sexto inferiore apice triangulariter exciso, superiore apice rotundato, tarsis anticis articulis tribus primis modice dilatatis.

Femina abdominis segmento sexto inferiore apice obtuse acuminato, setis rigidis ferrugineis dense ciliato, superiore quadrifido, laciniis intermediis ad segmenti medium usque divisis.

Obs. *C. pubescens* proximus, differt autem statura paulo robustiore, antennis brevioribus et debilioribus magis fuscis, thoracis angulis posterioribus magis prominentibus, elytris apice oblique truncatis, abdomine fortius pilosello.

* 4. *C. pubescens*: *Fusco-niger, griseo-pubescens, elytris thorace longioribus, antennis pedibusque rufo-testaceis.* — Long. 2 lin.

Tachyporus pubescens Grav. *Micr.* 130. 9. *Mon.* 5. 8. — *Latr. Hist. nat. Crust. et Ins.* X. 8. 9. — *Gyll. Ins. Suec.* II. 243. 8. — *Sahlb. Ins. Fenn.* I. 292. 8. — *Mannerh. Brachelytr.* 60. 10. — *Boisd. et Lacord. Faun. Ent. Paris.* I. 518. 10. — *Er. Col. March.* I. 390. 2.

Staph. pubescens var. β *Payk. Mon. Carab. App.* 138. 53 — 54.

Staph. cellaris var. β *Payk. Faun. Suec.* III. 421. 67.

Staph. tomentosus var. β *Rossi Faun. Etr. Mant.* 97. 218. (Ed. *Helho.* I. 443. 218.)

Var. a: *Fuscus, elytris brunneis.*

Tachyporus sericeus *Boisd. et Lacord. Faun. Ent. Paris.* I. 519. 11.

Var. b: *Totus pallide testaceus, immaturus.*

Oxyporus testaceus *Fab. Ent. Syst.* I. II. 535. 18. *Syst. El.* II. 607. 18. — *Panz. Ent. Germ.* 361. 14.

Habitat in Europae silvis, in truncis putridis. In China meridionali etiam lectus a Prof. Meyen.

Pube brevi depressa griseo-sericea dense vestitus. Antennae capitis

thoracisque longitudine, apicem versus sensim subincrassatae, articulis 3—5 elongatis, teretibus, 6—10 subobconicis, sensim paulo crassioribus brevioribusque, ultimo apice abrupte acuminato, testaceae, medio fuscae. Os cum palpis testaceum. Caput modice convexum, laevigatum, parcius subtiliter pubescens, nigrum, nitidum. Thorax coleopteris latior, latitudine parum brevior, antrorsum fortiter angustatus, apice duplo prope angustior quam basi, lateribus aequaliter rotundatus, basi utrinque subsinuatus, angulis posterioribus postice vix prominulis, subrectis, fortiter convexus, omnium subtilissime confertim punctatus, piceo-niger, pube derasa nitidus, margine summo basali rufescente. Elytra thorace tertia fere parte longiora, convexa, confertissime subtiliter punctata, apice truncata. Abdomen fuscum, apice pilosello segmentorumque singulorum margine apicali late castaneis. Pectus nigrum, nitidum, mesosterno acute carinato. Pedes testacei, coxis anticis concoloribus, posteriores femoribus apice tibiisque parce spinulosis, tarsis posticis sat elongatis.

Mas abdominis segmento quinto subtus apice leviter emarginato, sexto inferiore leviter triangulariter exciso, superiore apice rotundato, tarsis anticis articulis tribus primis modice dilatatis, antennis paulo longioribus.

Femina abdominis segmento sexto inferiore apice leviter triangulariter producto, setis rigidis ferrugineis dense ciliato, superiore quadrifido, lacinis intermediis ad medium segmenti usque divisus, tarsis anticis articulis tribus primis leviter dilatatis.

Variat colore corporis aut nigro, elytris aut concoloribus aut castaneis, aut fusco, elytris dilutius rufo-brunneis, aut toto ferrugineo, aut minus maturo testaceo.

Obs. Specimina nigra elytris concoloribus nomine *Tachypori alpestris* ex alpinis Carinthiae, et *T. tristis* e Styria, specimen immaturum, corpore testaceo nomine *T. rufescentis* ex Austria a Dahlio sibi missa, dedit Dom. Schüppel. *Oxyporus testaceus* Fab. secundum ipsum specimen ab auctore descriptum hoc loco allegatus.

* 5. *C. crassus*: Fusco-niger, tenuiter griseo-pubescens, antennis testaceis, thoracis margine, elytrorum basi, ano pedibusque rufescentibus, elytris thorace parum longioribus. — Long. 2½ lin.

Tachyporus crassus Grav. Micr. 190. I. Mon. 6. 9.

Habitat in America septentrionali.

Praecedente triplo maior, multo latior, fortiter convexus, fusco-niger, nitidus. Antennae capitis thoracisque prope longitudine, apicem versus parum incrassatae, testaceae, articulis 3 et 4 elongatis, teretibus, 5—10 subobconicis, sensim paulo brevioribus et crassioribus, basi fusciscentibus, ultimo oblongo-ovato, toto flavo. Caput parum convexum, omnium subtilissime punctatum, parcius pubescens, nigrum, ore cum palpis rufo-testaceo. Thorax coleopterorum basi parum latior, latitudine paulo brevior, antrorsum angustatus, apice plus duplo quam basi angustior, lateribus fortius aequaliter rotundatis, basi utrinque subsinuatus, angulis posterioribus retrorsum parum prominulis, rotundatis, valde convexus, omnium subtilissime punctulatus, pube depressa griseo-fusca tenuiter vestitus, margine laterali basali-que sanguineo. Elytra thorace paululum longiora, apice oblique truncata,

convexa, confertim minus subtiliter punctata, nigro-fusca, tenuiter pubescentia, margine basali sanguineo, densius pubescente. Abdomen breviusculum, subtilissime punctulatum, pube depressa griseo-fulva sericante densius vestitum, lateribus et apice fortius pilosellum, segmentorum singulorum margine apicali rufo-piceo, ano rufo-testaceo. Mesosternum fortiter carinatum. Pedes rufo-testacei, coxis anticis concoloribus, postici femoribus apice fortiter, tibiis interne parce breviterque spinulosis, tarsis posticis modice elongatis.

Mas mihi invisus.

Femina abdominis segmento sexto inferiore apice acuminato, setis rigidis fulvis dense ciliato, superiore quadrifido, lacinis intermediis ultra segmenti medium divisus, tarsis anticis articulis tribus primis leviter dilatatis.

6. *C. tumidus*: Fuscus, griseo-pubescens, thoracis margine summo elytrorumque basi rufescentibus, pedibus rufo-testaceis, antennis nigris, articulis 4 primis ultimoque testaceis. — Long. 2 lin.

Habitat prope Puerto Cabello Columbiae, Dom. Moritz.

Statura omnino praecedentis, at paulo minor, T. littoreo paulo latior et multo convexior, fuscus, nitidus, subtiliter punctulatus, pube minus subtili depressa fulvo-grisea densius vestitus. Antennae capitis thoracisque prope longitudine, apicem versus sensim leviter incrassatae, articulis 4 primis testaceis, tertio quartoque elongatis, teretibus, 5—10 obconicis, sensim paulo brevioribus et crassioribus, nigris, ultimo ovato, apice acuminato, flavo, basi fusciscente. Palpi dilute testacei. Caput leviter convexum, parce subtilissime punctulatum, ore et subtus totum rufo-testaceum. Thorax coleopteris paulo latior, antrorsum angustatus, apice quam basi plus duplo angustior, latitudine baseos paulo brevior, lateribus aequaliter rotundatus, basi truncatus, angulis posterioribus retrorsum haud prominulis, obtusis, subrotundatis, fortiter convexus, parce subtilissime punctatus, margine laterali et basali rufescente. Elytra thorace paulo longiora, convexa, apice vix oblique truncata, parcius subtilissime punctata, tascia basali, parum distincta, externe abbreviata rufescente. Abdomen crebrius subtiliter punctatum, densius pubescens, segmentis singulis piceo-marginatis, apice testaceum et pilosellum. Mesosternum subtiliter at sat acute carinatum. Pedes rufo-testacei, posteriores femoribus apice tibiisque fortius spinulosis, tarsis posticis fortiter elongatis.

Mas abdominis segmento sexto inferiore apice fortiter triangulariter exciso, tarsis anticis articulis tribus primis valde dilatatis.

Femina latet.

* 7. *C. bipustulatus*: Niger, subtiliter griseo-pubescens, antennis basi apiceque pedibusque testaceis, elytris thorace paulo longioribus, macula basali rhombea rufa. — Long. 2 lin.

Tachyporus bipustulatus Grav. Micr. 132. 11. — Latr. Hist. nat. Crust. et Ins. X. 9. 11. — Gyll. Ins. Suec. II. 245. 10.

Tachyporus bimaculatus Grav. Mon. 5. 6.

Habitat in Hungaria, Dahl, in Styria et in Suecia, Dom. Schüppel.

Statura omnino *C. pubescentis*, at paulo maior, convexus, niger, ni-

tidulus, pube depressa subtili fulvescenti-grisea tenuiter vestitus. Antennae capite thoraceque parum breviores, apicem versus leviter sensim incrassatae, testaceae, articulis 3 et 4 elongatis, teretibus, 5 — 10 subobconicis, sensim paulo brevioribus et crassioribus, fuscis, ultimo oblongo-ovato, flavo. Caput modice convexum, parce omnium subtilissime punctatum, ore rufo-testaceo. Thorax coleopteris paulo latior, antrorsum angustatus, apice duplo quam basi angustior, latitudine baseos paulo brevior, lateribus sat rotundatus, margine basali medio late recto, angulis posterioribus retrorsum modice prominulis, subrectis, convexus, minus confertim subtilissime punctatus. Elytra thorace paulo longiora, apice parum oblique truncata, convexa, confertim subtiliter punctata, macula rhombea subtransversa testaceo-rufa ad basin, basin ipsam laud attingente, a margine exteriori paulo magis quam a sutura remota, sat distincta et terminata. Abdomen sat dense subtiliter punctatum, segmentis ultimis rufo-marginatis, apice pilosellum. Mesosternum subtiliter carinatum. Pedes rufi, tibiis intermediis parce, posticis vix spinulosis, tarsis posticis tibia parum longioribus.

Mas abdominis segmento sexto inferiore apice fortiter triangulariter exciso, superiore apice rotundato, tarsis anticis articulis tribus primis modice dilatatis.

Femina abdominis segmento sexto inferiore apice rotundato, setis rigidis fulvis dense ciliato, superiore quadrifido, laciniis intermediis profunde divisus, tarsis anticis articulis tribus primis leviter dilatatis.

Obs. Nomine Tachypori interrupti a Dahlio et Zieglero missus.

* 8. *C. binotatus*: Fuscus, fulvescenti-pubescentis, antennis pedibusque rufo-testaceis, elytris thorace sesqui longioribus, macula magna basali rufa. — Long. $1\frac{1}{3}$ lin.

Tachyporus binotatus Grav. *Micr.* 132. 12. *Mon.* 5. 5. — *Latr. Hist. nat. Crust. et Ins.* X. 9. 12. — *Er. Col. March.* I. 391. 3.

Habitat in Germania.

C. pubescente paulo minor, fuscus, nitidulus, pube subtiliore depressa fulvescente vestitus. Antennae capite thoraceque paulo breviores, apicem versus leviter incrassatae, articulis 5—10 sensim paulo brevioribus et crassioribus, obconicis, ultimo ovato, apice abrupte acuminato, pilosellae, rufo-testaceae, articulo ultimo flavo. Caput leviter convexum, parce subtilissime punctatum, nigrum, nitidum, ore testaceo. Thorax coleopteris parum latior, antrorsum angustatus, apice vix duplo quam basi angustior, latitudine baseos dimidio prope brevior, lateribus sat rotundatus, basi utrinque subinuat, angulis posterioribus retrorsum sat prominulis, rotundatis, modice convexus, densius subtiliter punctatus, margine basali rufescente. Elytra thorace sesqui longiora, apice truncata, leviter convexa, confertim subtiliter punctata, macula magna rotundata rufo-testacea, a basi ad elytri medium usque descendente, margini exteriori et suturae aequaliter approximata, minus distincte terminata, margine apicali summo rufescente. Abdomen densius subtiliter punctatum, segmentis singulis margine rufis, apice testaceum et parcus pilosellum. Mesosternum subtiliter carinatum. Pedes rufo-testacei, tibiis intermediis longius, posticis vix spinulosis, tarsis posticis tibia paulo longioribus.

Mas abdominis segmento sexto inferiore apice sat fortiter triangulariter exciso, superiore apice obtuse acuminato, tarsis anticis articulis tribus primis leviter dilatatis.

Femina abdominis segmento sexto inferiore apice rotundato, pilis brevissimis tenuiter ciliato, superiore quadrifido, laciniis intermediis sat profunde divisus, tarsis anticis levissime dilatatis.

* 9. *C. basalis*: Fuscus, nitidus, griseo-pubescentis, elytris macula basali transversali summoque margine apicali rufescentibus, antennis elongatis pedibusque testaceis. — Long. $1\frac{1}{2}$ lin.

Habitat in Carolina meridionali, Dom. Zimmermann.

C. binotato paulo minor, convexus, fuscus, subnitidus, pube depressa fulvescenti-grisea sericante densius vestitus. Antennae sat elongatae, graciles, apice leviter incrassatae, articulis 3 — 5 elongatis, teretibus, 6 — 10 elongato-obconicis, sensim paulo crassioribus at vix brevioribus, ultimo oblongo-ovato, apice abrupte acuminato, obscure testaceae, basi flavescens, articulo ultimo dilute flavo. Caput convexum, vix punctulatum, nigrum, nitidum, ore late testaceo. Thorax coleopteris latior, antrorsum angustatus, apice duplo fere quam basi angustior, latitudine baseos paulo brevior, lateribus aequaliter rotundatus, margine basali medio late recto, angulis posterioribus modice retrorsum prominentibus, acutiusculis, fortiter convexus, confertissime subtiliter punctatus, nigro-fuscus, margine basali et apicali rufescente. Elytra thorace longiora, apice truncata, convexa, confertissime subtiliter punctata, fusca, macula magna in ipsa basi, a margine exteriori magis quam a sutura distante, rufa, margine summo apicali rufescente. Abdomen subtilissime punctulatum, segmentis singulis apice piceis, posterioribus subttestaceis, densius pubescens, lateribus et apice fortiter nigro-pilosum. Mesosternum acute carinatum. Pedes testacei, coxis anticis concoloribus, femoribus posterioribus apice parce, tibiis vix spinulosis, tarsis posticis sat elongatis, anticis articulis tribus primis in utroque sexu leviter dilatatis.

Mas abdominis segmento sexto inferiore apice triangulariter exciso, antennis capite thoraceque longioribus.

Femina abdominis segmento sexto superiore quadrifido, laciniis intermediis profunde divisus.

Variat corpore dilutiori, fusco-rufescente.

10. *C. interruptus*: Fuscus, griseo-pubescentis, coleopteris fascia basali, medio interrupta pedibusque rufis, antennis testaceis, medio fuscis. — Long. $1\frac{1}{2}$ lin.

Habitat in valle Araguensi Columbiae, Dom. Moritz.

Praecedenti affinis, at paulo angustior, convexus, fuscus, nitidulus, subtiliter punctulatus, pube depressa griseo-fulvescente subsericante tenuiter vestitus. Antennae capitis thoracisque longitudine, apice sensim incrassatae, articulis 4 primis testaceis, tertio quartoque teretibus, modice elongatis, 5 — 10 subobconicis, sensim crassioribus at vix brevioribus, ultimo crassiusculo, ovato, apice acuminato, 5 — 9 fuscis, ultimis duobus laete testaceo-flavis. Caput modice convexum, vix punctulatum, ore cum palpis testaceo.

Thorax coleopteris parum latior, antrorsum modice angustatus, apice dimidio fere quam basi angustior, latitudine baseos parum brevior, lateribus leviter rotundatus, basi truncatus, utrinque subsinuatus, angulis posterioribus retrorsum vix prominulis, rectis, valde convexus, parcius omnium subtilissime punctulatus, margine basali et laterali obsolete rufescentibus. Elytra thorace parum longiora, apice oblique truncata, leviter convexa, densius subtiliter punctata, fascia basali ad suturam abbreviata rufo-testacea, margine summo apicali rufescente. Abdomen subtilissime punctulatum, apice testaceum, densius pubescens, lateribus et apice fortiter nigro-pilosum. Mesosternum leviter carinatum. Pedes testacei, coxis anticis concoloribus, posteriores femoribus apice tibiisque parce spinulosi, tarsis posticis modice elongatis.

Mas segmento abdominis sexto inferiore apice leviter triangulariter exciso, tarsis anticis articulis tribus primis fortius dilatatis.

Femina latet.

Obs. Affinis praecedenti, statura autem paulo angustiore, antennis articulis 5 — 9 distincte fuscis, coleopterorum fascia ad marginem exteriorem continuata etc. satis distinctus.

* 11. *C. cinctulus*: *Niger, subnitidus, tenuiter pubescens, antennis basi apiceque pedibusque testaceis, coleopteris fascia basali integra rufo, sutura abdomineque densius pubescentibus.* — Long. 1½ lin.

Habitat in Carolina meridionali, Dom. Zimmermann.

Statura et summa affinitas *C. basalis*. Antennae capitis thoracisque longitudine, apicem versus sensim leviter incrassatae, articulis 2 — 4 subelongatis, teretibus, 5 — 10 subobconicis, sensim paulo brevioribus et crassioribus, penultimis transversis, ultimo breviter ovato, apice subacuminato, articulis tribus primis flavis, sequentibus fuscis, ultimo testaceo. Caput modice convexum, parce subtiliter punctulatum, parce griseo-pubescens, nigrum, nitidum, ore testaceo. Thorax coleopteris paulo latior, antrorsum leviter angustatus, apice dimidio fere quam basi angustior, latitudine baseos distincte brevior, lateribus rotundatus, margine basali medio late recto, angulis posterioribus retrorsum leviter prominentibus, acutusculis, fortiter convexus, dense subtiliter punctatus, fusco-niger, subnitidus, margine basali et laterali tenui rufescente, pube depressa flavescenti-grisea tenuiter vestitus. Scutellum fuscum. Elytra thorace paulo longiora, apice oblique truncata, leviter convexa, confertissime subtiliter punctata, nigro-fusca, subnitida, fascia integra in ipsa basi rufo, tenuiter fusco-pubescentia, fascia basali et sutura pube densa depressa griseo-fulvescente sericante obductis. Abdomen confertissime subtiliter punctatum, nigrum, segmentis singulis margine apicali piceo, quinto testaceo, pube depressa griseo-fulvescente dense vestitum, apice nigro-pilosum. Pectus nigrum. Pedes rufo-testacei, coxis anticis concoloribus, posteriores femoribus apice tibiisque parcius spinulosi, tarsis posticis minus elongatis, tibiae longitudine aequalibus.

Mas abdominis segmento sexto inferiore apice triangulariter exciso, tarsis anticis articulis tribus primis leviter dilatatis.

Femina latet.

Obs. Differt a praecedentibus coleopterorum fascia integra, antennarum colore, abdomine lateribus haud piloso etc.

* 12. *C. varius*: *Niger, sericeo-pubescens, thorace pedibusque testaceis, elytris nigro testaceoque variegatis.* — Long. 1½ lin.

Habitat prope Caracas Columbiae, Dom. Moritz.

C. fusculo paulo angustior, totus pube minus subtili, depressa, griseo-fulvescente minus dense vestitus. Antennae capite thoraceque parum breviores, apicem versus leviter incrassatae, articulis 2 — 4 elongatis, subtretibus, 5 — 10 brevioribus, subobconicis, sensim paulo crassioribus, ultimo maiusculo, subovato, apice acuminato, rufo-testaceae, basi flavescentes. Caput parum convexum, vix punctulatum, nigro-piceum, nitidum, ore testaceo. Thorax basi coleopteris paulo latior, antrorsum angustatus, apice quam basi duplo angustior, latitudine baseos distincte brevior, lateribus parum rotundatus, basi utrinque subsinuatus, angulis posterioribus retrorsum haud prominulis, obtusiusculis, modice convexus, parce subtilissime punctulatus, testaceus, nitidus. Scutellum nigrum. Elytra thorace tertia parte longiora, apice truncata, convexa, subtiliter sat crebre punctata, nigra, maculis oblongis confluentibus testaceis variegata. Abdomen piceum, lateribus et apice fortiter nigro-pilosum. Pectus nigrum. Pedes testacei.

Mas latet.

Femina abdominis segmento sexto inferiore apice leviter producto, setis rigidis densius ciliato, superiore apice quadrifido, tarsis anticis leviter dilatatis.

13. *C. venustus*: *Tenuiter pubescens, piceus, capite, thorace pectoreque rufis, elytris nigris, his macula magna basali pedibusque flavis.* — Long. 1¼ lin.

Habitat prope Puerto Cabello Columbiae, Dom. Moritz.

Statura omnino *C. fusculi*. Corpus totum pube depressa fulvescenti-grisea parce vestitum. Antennae capite thoraceque paulo breviores, apicem versus sensim leviter incrassatae, articulis 2 — 4 elongatis, teretibus, 5 — 10 sensim paulo brevioribus et crassioribus, 5 — 7 subobconicis, 8 — 10 transversis, ultimo breviter ovato, apice obtuse acuminato, testaceae, articulis 7 — 10 fuscis. Palpi testacei. Caput parum convexum, parce disperse subtiliter punctatum, nitidum, testaceo-rufum. Thorax coleopteris parum latior, antrorsum angustatus, apice dimidio fere quam basi angustior, latitudine baseos parum brevior, lateribus leviter rotundatus, basi truncatus, angulis posterioribus retrorsum paululum prominulis, acutiusculis, modice convexus, parcius subtiliter punctatus, testaceo-rufus, nitidus. Scutellum testaceum. Elytra thorace longiora, apice vix oblique truncata, modice convexa, dense minus subtiliter punctata, nigerrima, nitida, macula magna densius pubescente in ipsa basi flavo-testacea. Abdomen piceum, densius pubescens, lateribus et apice fortiter nigro-pilosum. Pectus rufum. Pedes flavo-testacei, coxis anticis concoloribus, postici femoribus apice tibiisque parce longius spinulosi, tarsis posticis satis elongatis.

Mas latet.

Femina abdominis segmento sexto inferiore apice producto et setis rigidis parvioribus ciliato, superiore quadrifido, laciniis intermediis profunde divisis, tarsi anticis articulis tribus primis parum dilatatis.

* 14. *C. obsoletus*: *Fuscus, flavescens-pubescentis, thorace elytrisque rufo-testaceis, his thorace sesqui longioribus, antennarum basi pedibusque testaceis.* — Long. $1\frac{1}{4}$ lin.

Habitat prope Caracas Columbiae, Dom. Moritz.

Statura omnino *T. fusculi*. Corpus totum pube tenui depressa griseo-flavescente subsericante minus dense vestitum. Antennae capite thoraceque paulo breviores, apicem versus vix incrassatae, articulis 2—4 modice elongatis, teretibus, 5—10 brevioribus, subobconicis, sensim paulo brevioribus at vix crassioribus, ultimo praecedentibus ambobus paulo longiore, apice acuminato, fuscae, articulis 5 primis pallide testaceis. Palpi flavi. Caput parum convexum, laeve, testaceo-rufum vel rufo brunneum, nitidum, ore rufescente. Thorax basi coleopterorum latitudine, antrorsum angustatus, apice duplo prope quam basi angustior, latitudine baseos brevior, lateribus parum rotundatus, apice truncatus, angulis posterioribus retrorsum haud prominulis, subrectis, modice transversim convexus, vix punctulatus, rufo-testaceus, nitidus. Scutellum fuscum. Elytra thorace sesqui longiora, leviter convexa, subtilissime punctulata, rufo-testacea, lateribus medio infuscatis. Abdomen fuscum, lateribus et apice fortiter nigro-pilosum. Pectus fuscum. Pedes flavo-testacei, postici femoribus apice et tibiis parce spinulosi, tarsi postici sat elongati.

Sexus differentia in specimine descripto haud perspicua.

* 15. *C. fumatus*: *Fuscus, nitidus, fulvescentis-pubescentis, antennarum basi pedibusque testaceis, thorace limbo rufescente, angulis posterioribus haud prominulis, rotundatis, elytris thorace longioribus.* — Long. $1\frac{1}{2}$ lin.

Habitat in Terra Van-Diemenii, Dom. Schayer.

Statura intermedius quasi inter *C. pubescentem* et *fuscum*, utriusque affinis, ab utroque autem pube minus subtili et thoracis angulis posterioribus haud prominulis rotundatis satis distinctus. Nigro-fuscus, nitidus, pube depressa minus subtili fulvescente sericante leviter vestitus. Antennae longiores, articulis 4—10 subobconicis, sensim paulo brevioribus at vix crassioribus, fuscae, articulis 4 primis testaceis; (ultimus specimini unico deest). Caput fortiter convexum, laevissimum, ore testaceo. Thorax coleopteris vix latior, antrorsum sat angustatus, apice duplo quam basi angustior, latitudine baseos dimidio brevior, lateribus fortiter rotundatus, basi truncatus, utrinque subsinuatus, angulis posterioribus retrorsum haud prominulis, rotundatis, modice transversim convexus, parce subtiliter punctatus, limbo omnino piceo-rufo, disco indeterminate fusco-piceo. Elytra thorace tertia parte longiora, apice oblique truncata, leviter convexa, densius subtiliter punctata, fusca, margine summo apicali rufescente. Abdomen parce subtiliter punctatum, parcius pubescens, lateribus et apice longius nigro-pilosum, apice et segmentorum singulorum margine posteriore rufo-piceo. Mesosternum subtiliter carinatum. Pedes rufo-testacei, tibiis posterioribus vix spinulosi, tarsi postici minus elongati, tibia haud longioribus.

Mas abdominis segmento sexto inferiore apice sat fortiter triangulariter exciso, superiore apice rotundato, tarsi anticis articulis tribus primis leviter dilatatis.

* 16. *C. fusculus*: *Fusco-niger, griseo-pubescentis, antennis basi testaceis, apice flavis, pedibus rufis, elytris thorace longioribus.* — Long. $1\frac{1}{4}$ lin.

Tachyporus fusculus Er. Col. March. I. 591. 4.

Tachyporus pedicularius Boisd. et Lacord. Faun. Ent. Paris. I. 519. 12.

Habitat in Germania.

Habitus et summa similitudo *C. pubescentis*, at triplo minor, convexus, fusco-niger, pube subtili depressa grisea sericante vestitus. Antennae capitis thoracisque fere longitudine, articulis 3 et 4 elongatis, teretibus, 5—10 subobconicis, sensim brevioribus et paulo crassioribus, primis eorum sat elongatis, ultimo praecedente parum maiore, fuscae, articulis tribus primis testaceis, ultimis duobus flavis. Caput leviter convexum, laevigatum, nigrum, nitidum, ore testaceo. Thorax coleopteris paulo latior, antrorsum angustatus, apice duplo quam basi angustior, latitudine baseos paulo brevior, lateribus modice rotundatus, basi utrinque subsinuatus, angulis posterioribus retrorsum paululum prominulis, acutis, convexus, confertim subtilissime punctatus, margine basali summo rufescente. Elytra thorace paululum longiora, apice truncata, leviter convexa, confertissime subtiliter punctata, margine apicali rufescente. Abdomen confertim subtiliter punctatum, segmentis singulis margine postico rufescente, apice pilosum. Mesosternum acute carinatum. Pedes rufo-ferruginei, coxis anticis concoloribus, tibiis intermediis parce, posticis vix spinulosi, tarsi postici modice elongati, tibia parum longioribus.

Mas abdominis segmento sexto inferiore apice sat fortiter triangulariter exciso, superiore subacuminato, tarsi anticis articulis tribus primis modice dilatatis.

Femina abdominis segmento sexto inferiore apice rotundato, setis rigidis fulvis dense ciliato, superiore apice quadrifido, laciniis intermediis brevi spatio divisis, tarsi anticis articulis tribus primis leviter dilatatis.

Variat minus maturus corpore ferrugineo vel rufo-testaceo.

Obs. *C. pediculario* similis, statura autem sesqui maiore, antennis medio fuscis, thoracis angulis posterioribus acutis et elytris longioribus facile distinguendus.

* 17. *C. lividus*: *Rufo-testaceus, fulvescentis-pubescentis, pectore piceo, elytris thorace paulo longioribus.* — Long. 1 lin.

Habitat Lutetiae, Dom. Dr. Aubé, in Sardinia, Dom. Prof. Gené.

Statura et summa affinitas *C. pedicularii*, rufo-testaceus, pube depressa minus subtili fulvescente densius vestitus. Antennae longiores, apice sensim subincrassatae, articulis teretibus, penultimis tribus quatuorve subobconicis, ultimo praecedente sesqui maiore, apice abrupte acuminato, flavo-testaceae. Caput leviter convexum, laevissimum. Thorax coleopteris paululum latior, antrorsum angustatus, tertia parte quam basi angustior, latitudine baseos paulo brevior, lateribus rotundatus, margine basali medio recto, angulis posterioribus leviter retrorsum prominentibus, acutiusculis, convexus, omnium subtilissime punctatus. Elytra thorace paulo longiora, apice oblique truncata,

convexa, confertim subtilius punctata. Abdomen subtilissime punctatum, segmentis duobus primis summa basi nigricantibus, apice nigro-pilosum. Pectus piceum. Mesosternum acute carinatum. Pedes testacei, tibiis posterioribus haud spinulosis, tarsis posticis tibia paulo brevioribus.

Mas abdominis segmento sexto inferiore apice fortiter triangulariter exciso, superiore apice obtuse rotundato, tarsis anticis leviter dilatatis, antennis capite thoraceque longioribus.

Femina abdominis segmento sexto inferiore apice leviter triangulariter producto et dense fulvo-ciliato, superiore apice quadrifido, tarsis anticis simplicibus, antennis capituli thoracisque longitudine.

Obs. A *C. pediculario* differt antennis elytrisque longioribus, thoracis angulis posterioribus acutioribus et mesosterni carina fortiore, acuta etc., a *C. fusculo* statura minore elytris brevioribus, ab utraque pube minus subtili. Ceterum specimenibus eorum immaturis similis, at color testaceus huic speciei normalis.

* 18. *C. pedicularius*: *Nigro-piceus, nitidus, subtiliter griseo-pubescentis, antennis pedibusque testaceis, elytris thorace subbrevioribus.* — Long. 1 lin.

Tachyporus pedicularius Grav. *Micr.* 133. 14. *Mon.* 4. 2. — *Latr. Hist. nat. Crust. et Ins.* X. 10. 14. — *Gyll. Ins. Suec.* II. 246. 11. — *Sahlb. Ins. Fenn.* I. 293. 11. — *Mannerh. Brachelytr.* 60. 13. — *Runde Brachel. Hal.* 25. 7. — *Er. Col. March.* I. 392. 5.

Var.: *Totus testaceus, immaturus.*

Tachypor. truncatellus Grav. *Mon.* 5. 3.

Habitat in Europa.

Minutus, convexus, nigro-piceus, nitidulus, pube subtili depressa grisea sericante densius vestitus. Antennae capituli thoracisque prope longitudine, apicem versus subincrassatae, articulis 5 — 10 sensim paulo brevioribus et crassioribus, subobconicis, ultimo praecedente sesqui maiore, apice abrupte acuminato, totae testaceae. Caput convexum, laeve, nigrum, ore testaceo. Thorax coleopteris latior, antrorsum angustatus, apice duplo fere quam basi angustior, lateribus sat rotundatus, margine basali medio recto, angulis posterioribus retrorsum fortiter prominulis, rotundatis, valde convexus, densius omnium subtilissime punctatus, margine basali summo rufescente. Elytra thoracis longitudine vel paulo breviora, apice oblique truncata, convexa, confertim subtiliter punctata, margine apicali rufescente. Abdomen dense subtilissime punctatum, segmentis singulis margine postico rufescente, apice parcius nigro-pilosum. Mesosternum leviter carinatum. Pedes rufo-testacei, tibiis posterioribus muticis, tarsis posticis tibia paulo brevioribus.

Mas abdominis segmento sexto inferiore apice fortiter triangulariter exciso, superiore apice obtuse rotundato.

Femina abdominis segmento sexto inferiore apice leviter triangulariter producto et subtilius fulvo-ciliato, superiore apice quadrifido, tarsis anticis haud dilatatis.

Variat minus maturus corpore ferrugineo vel testaceo.

* 19. *C. bipunctatus*: *Niger, nitidus, tenuiter sericeo-pubescentis, elytrorum macula basali arcuata pedibusque rubris, antennis testaceis, medio fuscis.* — Long. 1 lin.

Tachyporus bipunctatus Grav. *Micr.* 133. 13. *Mon.* 5. 4. — *Latr. Hist. nat. Crust. et Ins.* X. 9. 13. — *Gyll. Ins. Suec.* III. 702. 10 — 11. — *Sahlb. Ins. Fenn.* I. 293. 10. — *Mannerh. Brachelytr.* 60. 12. — *Er. Col. March.* I. 392. 6.

Habitat in Germania, sub cortice Salicis.

C. pediculario statura et magnitudine aequalis, niger, nitidus, pube subdepressa grisea tenuiter vestitus. Antennae capite thoraceque breviores, apicem versus sensim leviterque incrassatae, articulis 3 et 4 leviter elongatis, subobconicis, 5 — 10 transversis, sensim paulo crassioribus, ultimo praecedente paulo longiore, apice subacuminato, testaceae, medio fuscae. Caput parce subtiliter punctatum, nigrum, nitidum, ore testaceo. Thorax coleopteris paulo latior, antrorsum angustatus, apice duplo fere quam basi angustior, latitudine baseos paulo brevior, lateribus rotundatus, basi utrinque subsinuatus, angulis posterioribus retrorsum sat prominulis, rotundatis, convexus, parce subtilissime punctatus. Elytra thorace sesqui fere longiora, apice oblique truncata, convexa, densius subtiliusque punctata, margine laterali setoso, macula magna testaceo-rufa, ante basin transversali, dein secundum suturam elongata, ideoque arcuatim ab humero ad angulum suturalem apicalem pertingente. Abdomen parce subtilissime punctatum, segmentis singulis margine postico rufo-piceo, apice rufum, dorso parce, lateribus et apice crebre nigro-pilosum. Mesosternum subtiliter carinatum. Pedes rufi, tarsis testaceis, tibiis posterioribus vix spinulosis, tarsis posticis tibia haud longioribus.

Mas abdominis segmento sexto inferiore apice triangulariter exciso, superiore apice obtuso, tarsis anticis leviter dilatatis.

Femina abdominis segmento sexto inferiore apice rotundato ciliatoque, superiore quadrifido, laciniis intermediis profundius divisis, tarsis anticis vix dilatatis.

Variat elytrorum macula obliqua basali et litura longitudinali subnaturali disiunctis.

Tachyporus Grav.

Tachyporus ** *Er. Col. March.* I. p. 392.

Antennae 11-articulatae, filiformes.

Palpi maxillares articulo quarto subulato.

Ligula biloba, lobis rotundatis.

Elytra pectore longiora.

Abdomen marginatum.

Tarsi 5-articulati.

Corpus oblongum, antice obtusiusculum, postice sensim attenuatum, convexum, alatum. Caput thoraci insertum, fronte convexuscula, antice angustata, oculis mediocribus, rotundatis, convexis. Labrum transversum, integrum. Mandibulae breves, trigonae, intus membrana angusta interne ciliata fimbriatae. Maxillae (t. III. f. 3. b.) malis corneis, apice barbatis, exteriori interiorem parum superante, hac interne membrana. Palpi maxillares articulo primo minuto, secundo tertioque modice elongatis, longitudine subaequalibus, hoc incrassato, quarto parvo, subulato. Labium (t. IV. f. 3. a.) mento transversum, ligula lata, membrana, biloba, lobis integris, rotundatis, divergentibus, paraglossis ligulae connatis, non nisi ciliarum serie cognoscen-

dis. Palpi labiales articulis duobus primis crassiusculis, subaequalibus, tertio haud brevioribus at tenuioribus, acuminato. Antennae filiformes, apicem versus plerumque subincrassatae. Thorax amplus, transversim convexus, transversus, basi coleopteris arcu applicatus, antrorsum angustatus, apice truncatus, licet angulis anterioribus sat prominentibus, acutis. Scutellum triangulare. Elytra pectore longiora, tenuiter marginata, angulo apicali exteriori truncato. Abdomen distincte marginatum, apicem versus sensim at sat fortiter angustatum, vivis modice elongatum. Mesosternum simplex. Pedes modice elongati, coxis posticis parallelipedis, ad femorum basin scutiformi-elevatis, femoribus omnibus laevibus, tibiis anticis muticis, posterioribus sat fortiter spinulosis, tarsis posterioribus elongatis, omnibus articulis 3 primis decrescentibus, subtus pubescentibus, quarto minimo, quinto leviter elongato.

Observationes.

1. Caput et thorax laevissima, glaberrima, elytra subtiliter punctata, iam glabra, iam tenuiter pubescentia, margine laterali pilosello. Abdomen saepius subtilissime pubescens, lateribus et apice pilosellum.

2. Mas abdominis segmento sexto superiore integro, inferiore apice exciso, septimo conspicuo.

Femina abdominis segmento sexto superiore apice quadrifido, laciniis aequalibus, acutis, inferiore integro, apice pilis rigidis dense ciliato.

3. Victus in quisquiliis, sub foliis deciduis, musco etc.

* 1. *T. obtusus*: Testaceo-rufus, nitidus, pectore, elytrorum basi abdominisque apice nigris. — Long. $1\frac{1}{2}$ lin.

Mannerh. Brachelytr. 59. 6. — *Er. Col. March.* I. 392. 7.

Staph. obtusus Linn. *Syst. Nat.* I. II. 684. 9. — *Fab. Syst. Ent.* 266. 10. *Spec. Ins.* I. 336. 11. *Mant. Ins.* I. 221. 17. — *Schränk Enum. Ins. Aust.* 237. 451. — *Goeze Ent. Beitr.* I. 718. 9. — *De Vill. Ent.* I. 414. 9. — *Rossi Faun. Etr.* I. 251. 621. (*Ed. Hellw.* 311. 621.) — *Marsh. Ent. Brit.* 520. 61.

Oxypor. analis Fab. *Mant. Ins.* I. 222. 3. *Ent. Syst.* I. II. 533. 10. *Syst. El.* II. 606. 10. — *Panz. Faun. Germ.* 22. 16. *Ent. Germ.* 360. 6.

Tachypor. analis Grav. *Micr.* 129. 8. *Mon.* 6. 10. — *Latr. Hist. nat. Crust. et Ins.* X. 8. 8. — *Gyll. Ins. Suec.* II. 239. 4. — *Zetterst. Faun. Lappon.* I. 58. 4. *Ins. Lapp.* 55. 5. — *Sahlb. Ins. Fenn.* I. 290. 4. — *Boisd. et Lacord. Faun. Ent. Paris.* I. 516. 4. — *Runde Brachelytr. Hal.* 24. 3.

Staph. vernalis Müll. *Prod.* 98. 1103. — *Goeze Ent. Beitr.* I. 727. 27.

Staph. dispar var. γ Payk. *Mon. Staph.* 78. 54. *Faun. Suec.* III. 423. 69.

Staph. chrysomelinus var. 2 Walk. *Faun. Paris.* I. 273. 19.

Staphyl. melanurus Marsh. *Ent. Brit.* 525. 80.

Habitat in Europa.

Antennae capite thoraceque paulo longiores, apicem versus parum incrassatae, testaceae, articulis 4 primis flavis. Caput laevissimum, rufo-testaceum, oculis nigris. Thorax coleopteris paulo latior, latitudine dimidio brevior, angulis posterioribus obtusis, externe rotundatis, basi utrinque subsinuatus, transversim convexus, laevissimus, totus rufo-testaceus. Scutellum nigrum. Elytra thorace sesqui longiora, subtiliter punctata, rufo-testacea, basi lata nigra. Abdomen rufo-testaceum, segmentis ultimis duobus nigris, omnibus basi punctatis. Pectus nigrum. Pedes testacei.

Mas tarsis anticis leviter, femina vix dilatatis.

* 2. *T. abdominalis*: Rufo-testaceus, nitidus, pectore abdomineque fusciscentibus, elytris thorace parum longioribus. — Long. $1\frac{1}{2}$ lin.

Er. Col. March. I. 393. 8.

Tachypor. abdominalis var. a Gyll. *Ins. Suec.* II. 238. 3. — *Zetterst. Faun. Lappon.* I. 58. 3. *Ins. Lappon.* 55. 4. — *Sahlb. Ins. Fenn.* I. 290. 3. — *Mannerh. Brachelytr.* 59. 4.

Habitat in Europa.

Habitu omnino praecedentis, at paulo minor, rufo-testaceus, nitidus, pectore abdomineque toto fusciscentibus, hoc segmentis singulis margine late testaceis. Antennae capitis thoracisque longitudine, apice sensim subincrassatae fusciscentesque. Caput laevissimum. Thorax latitudine plus dimidio brevior, basi utrinque subsinuatus, angulis posterioribus retrorsum parum prominulis, rotundatis, transversim convexus, laevissimus. Elytra thorace parum longiora, parcius subtilissime punctata, tenuissime pubescentia, immaculata. Abdomen parcius subtiliter punctulatum.

Mas tarsis anticis leviter dilatatis, femina simplicibus.

Obs. Synonymia huius speciei minus perspicua, et dubito an loci a Gyllenhallo citati omnes huc referri possint. *Tachyp. abdominalis* Grav. certe ad *T. brunneum* pertinet. *Oxyporus abdominalis* Fab. (*Spec. Ins. Suppl.* 501. 6. *Mant. Ins.* I. 222. 7. *Ent. Syst.* I. II. 535. 17. *Syst. El.* II. 507. 17.) mihi omnino dubius, in Museo etiam a Fabricio citato invisus, minime ad speciem nostram revocandus videtur, huic enim minime est abdomen atrum, nitidum. — *T. abdominalis* var. b apud Gyllenhal aegre ad hanc speciem alleganda, specimina ab auctore ipso sub hoc nomine missa, quae Dom. Schüppel mihi communicavit, potius specimina omnino immatura alius cuiusdam speciei vel aliarum quarundam specierum esse puto.

* 3. *T. rufus*: Rufo-testaceus, nitidus, pectore abdomineque nigris, elytris thorace sesqui longioribus, basi prope scutellum nigricantibus. — Long. $1\frac{1}{2}$ lin.

Tachypor. abdominalis Boisd. et Lacord. *Faun. Ent. Paris.* I. 515. 5.

Habitat Lutetiae, Dom. Aubé.

Statura omnino *T. chrysomelini*. Antennae capite thoraceque paulo longiores, tenuiores, apicem versus leviter sensim incrassatae, articulo ultimo apice abrupte acuminato, flavae, articulis penultimis tribus fuscis, ultimo testaceo. Caput laevissimum, dilute rufo-testaceum, nitidum. Thorax coleopteris paulo latior, latitudine baseos dimidio brevior, basi utrinque subsinuatus, angulis posterioribus retrorsum leviter prominulis, externe rotundatis, transversim convexus, laevissimus, dilute rufo-testaceus. Scutellum piceum. Elytra thorace sesqui longiora, subtiliter crebre punctata, basi prope scutellum nigricantia. Abdomen crebrius punctatum, nigrum, nitidum, segmentis 4 primis margine apicali obscure testaceis, quinto fere toto testaceo, sexto nigro. Pectus mesothoracis rufo-testaceum, metathoracis nigrum. Pedes dilute testacei, coxis omnibus concoloribus, posticis basi nigris.

Mas tarsis anticis fortius, femina leviter dilatatis.

Obs. Differt a praecedente praecipue statura sesqui maiore, abdomine magis nigro, elytris longioribus et basi nigricantibus. A *T. chrysomelino* facile distinguitur capite rufo-testaceo.

- * 4. *T. saginatus*: Niger, nitidus, thorace, elytris pedibusque rufis, antennis brevioribus, latiusculis, compressis, ferrugineis. — Long. 2 lin.

Grav. Mon. 6. 11. — Mannerh. Brachelytr. 59. 1. — Er. Col. March. I. 393. 9.

Habitat in Germania.

T. chrysomelino duplo maior, praecipue lator. Antennae capite thoraceque breviores, crassiusculae, apicem versus sensim incrassatae, ab articulo quarto inde sensim magis compressae, ferrugineae. Caput convexum, laevissimum, nigro-piceum, nitidum, subtus oreque rufis. Thorax coleopterorum latitudine, latitudine baseos dimidio brevior, basi truncatus, angulis posterioribus postice haud prominulis, rotundatis, transversim convexus, laevissimus, testaceo-rufus, nitidus. Scutellum piceum. Elytra thorace paulo longiora, subtiliter crebrius punctulata, testaceo-rufa, basi prope scutellum fuscescentia. Abdomen subtiliter punctulatum, nigrum, nitidum, segmentis singulis margine summo postico obscure testaceo. Pectus nigrum. Pedes rufo-testacei, coxis anterioribus concoloribus.

Mas tarsi anterioribus levissime dilatatis, femina simplicibus.

- * 5. *T. erythropterus*: Niger, nitidus, elytris pedibusque rufis, antennis brevioribus, crassis, ferrugineis. — Long. $1\frac{3}{4}$ lin.

Oxyporus erythropterus Panz. Faun. Germ. 27. 21.

Habitat in Germania meridionali, Dom. Dr. Watl.

Habitu omnino T. saginati, at minor, T. hypnorum perparum maior. Antennae capite thoraceque breviores, crassiusculae, apicem versus incrassatae, ab articulo quarto inde sensim fortius compressae, ferrugineae. Caput laevissimum, nigrum, nitidum, ore testaceo. Thorax coleoptera latitudine parum excedens, latitudine baseos paulo brevior, antrorsum minus fortiter angustatus, lateribus minus rotundatis, basi utrinque leviter sinuatus, angulis posterioribus retrorsum modice prominentibus, late rotundatis, fortiter convexus, laevissimus, niger, nitidus, margine summo basali lateralique rufescente. Scutellum nigrum. Elytra thorace parum longiora, subtiliter punctata, saturate rufa, nitida, basi et circa scutellum tenui spatio nigricantia. Abdomen nigrum, nitidum, parcius subtiliter punctatum, segmentis singulis margine summo postico rufescente. Pectus nigrum. Pedes rufi, coxis anticis piceis, breviusculi fortiusculique, tarsi brevioribus, subcompressis.

Mas tarsi anticis vix dilatatis. Femina latet.

Obs. T. saginato antennarum structura affinis, differt autem thorace scutelloque nigris, thorace angulis posterioribus prominentibus, elytris distinctius punctulatis. A. T. hypnorum antennarum structura satis distinctus.

- * 6. *T. hypnorum*: Niger, thoracis margine testaceo, pedibus elytrisque rufis, his macula marginali nigra. — Long. $1\frac{3}{4}$ lin.

Er. Col. March. I. 394. 11.

Staph. hypnorum Fab. Syst. Ent. 266. 13. Spec. Ins. I. 336. 16. Mant. Ins. I. 221. 23. — Goeze Ent. Beitr. I. 724. 7. — Marsh. Ent. Brit. 525. 79.

Oxyporus hypnorum Fab. Ent. Syst. I. II. 535. 22. Syst. El. II. 607. 22. — Panz. Ent. Germ. 361. 17.

Staphyl. nitidulus Fab. Spec. Ins. I. 337. 17. Mant. Ins. I. 221. 24. — Oliv. Ent. III. 42. 34. 48. t. 3. f. 28. — Marsh. Ent. Brit. 520. 64.

Oxyporus minutus Fab. Ent. Syst. I. II. 535. 20. Syst. El. II. 607. 20.

Oxyporus marginatus Panz. Ent. Germ. 359. 4. Faun. Germ. 27. 17.

Tachyporus marginatus Grav. Micr. 127. 5. Mon. 7. 13. — Latr. Hist. nat. Crust. et Ins. X. 6. 5 — Gyll. Ins. Suec. II. 237. 2. — Zetterst. Faun. Lappon. I. 57. 2. Ins. Lappon. 55. 3. — Sahlb. Ins. Fenn. I. 290. 2. — Mannerh. Brachelytr. 59. 3. — Guér. Iconogr. t. 10. f. 9. — Boisd. et Lacord. Faun. Ent. Paris. I. 514. 1. — Ru de Brachelytr. Hal. 24. 2.

Staph. Blattinus Schrank Enum. Ins. Aust. 236. 447. Faun. Boic. I. 446. 878.

Staph. conicus De Vill. Ent. I. 425. 72.

Staph. martialis Schrank Enum. Ins. Aust. 237. 450.

Staph. dispar var. β Payk. Mon. Staph. 78. 54. Faun. Suec. III. 424. 69.

Staph. chrysomelinus var. 1 Walk. Faun. Paris. I. 272. 19.

Habitat in Europa.

Statura omnino T. chrysomelini. Antennae capitis thoracisque longitudine vel paulo longiores, graciliores, apicem versus parum crassiores, testaceae, apice subinfuscaetae. Caput laevissimum, nigrum, ore testaceo. Thorax coleopteris paulo lator, latitudine baseos dimidio brevior, basi truncatus, angulis posterioribus postice haud prominentibus, obtusis, externe rotundatis, fortiter convexus, niger, nitidus, margine basali angusto lateralique basin versus sensim latiore testaceis. Scutellum nigrum. Elytra thorace paulo longiora, subtiliter punctata, rufa, macula parva triangulari circa scutellum maculaque oblonga laterali nigris, tenuissime pubescentia. Abdomen crebrius subtiliter punctatum, nigrum, segmentis singulis margine apicali ferrugineo. Pectus nigrum. Pedes testacei, coxis piceis.

Mas tarsi anticis leviter, femina vix dilatatis.

- * 7. *T. anticus*: Niger, nitidus, thorace elytris pedibusque rufo-testaceis, thorace disco nigro. — Long. $1\frac{1}{2}$ lin.

Habitat in Aegypto, Dom. Prof. Ehrenberg.

T. hypnorum paulo minor et gracilior. Antennae capitis thoracisque prope longitudine, apicem versus haud incrassatae, testaceae, apice fuscescentes. Caput convexum, laevissimum, nigrum, nitidum, palpis testaceis. Thorax coleopterorum latitudine, latitudine baseos dimidio brevior, basi truncatus, angulis posterioribus haud prominulis, rotundatis, leviter transversim convexus, laevissimus, nitidus, testaceus, disco anteriore late nigro, seu niger, margine laterali et basali lato, anteriore angusto testaceo. Scutellum piceum. Elytra thorace sesqui prope longiora, subtiliter punctata, rufo-testacea, immaculata, nitida. Abdomen subtiliter punctatum, nigrum, segmentis singulis margine postico, quinti latiore, ferrugineo. Pectus nigrum. Pedes testacei, coxis anticis concoloribus.

Obs. T. hypnorum simillimus, distinctus autem statura minore, minus convexus, thorace coleopteris haud latiore, elytris constanter immaculatis, coxis anticis testaceis etc. A. T. brunneo differt statura duplo maiore, antennis apicem versus haud incrassatis etc.

- * 8. *T. chrysomelinus*: Niger, nitidus, antennarum basi, pedibus, thorace elytrisque testaceo-rufis, his thorace paulo longioribus, crebre subtiliter punctatis, circa scutellum et margine laterali nigris. — Long. $1\frac{3}{4}$ lin.

- Grav. Micr.* 128. 7. *Mon.* 7. 12. — *Latr. Hist. nat. Crust. et Ins.* X. 7. 7. t. 79. f. 9. *Gen. Crust. et Ins.* I. 300. 1. — *Gyll. Ins. Suec.* II. 236. 1. — *Sahlb. Ins. Fenn.* I. 289. 1. — *Zetterst. Faun. Lappon.* I. 57. 1. *Ins. Lappon.* 54. 1. — *Manne. h. Brachelytr.* 59. 2. — *Boisd. et Lacord. Faun. Ent. Paris.* I. 515. 2. — *Runde Brachelytr. Hal.* 24. 1. — *Er. Col. March.* I. 393. 10.
- Staph. chrysomelinus* Linn. *Faun. Suec.* n. 855. *Syst. Nat.* I. II. 685. 21. — *Fab. Syst. Ent.* 267. 17. *Spec. Ins.* 337. 21. *Mant. Ins.* I. 221. 28. — *Schrank Enum. Ins. Austr.* 236. 448. *Faun. Boic.* I. 646. 789. — *Ström. Act. Nidros.* III. 465. 28. — *Müll. Prod.* 98. 1105. — *Goeze Ent. Beitr.* I. 720. 21. — *De Vill. Ent.* I. 417. 21. — *Walk. Faun. Paris.* I. 272. 19. — *Foucr. Ent. Paris.* 169. 18. — *Rossi Faun. Etr.* I. 250. 616. (*Ed. Hellw.* 309. 616. var. 1. a.) — *Oliv. Ent.* III. 42. 33. 47. t. 3. f. 22. — *Marsh. Ent. Brit.* 519. 42.
- Oxyporus chrysomelinus* Fab. *Ent. Syst.* I. II. 534. 15. *Syst. El.* II. 606. 14. — *Panz. Faun. Germ.* 9. 14. *Ent. Germ.* 360. 12. — *Cederh. Faun. Ingr.* 120. 371.
- Oxyporus melanocephalus* Fab. *Ent. Syst.* I. II. 534. 16. *Syst. El.* II. 607. 16.
- Staph. merdarius* Marsh. *Ent. Brit.* 521. 68.
- Oxyporus merdarius* Panz. *Ent. Germ.* 360. 8. *Faun. Germ.* 27. 18.
- Staph. chrysomelinus* var. a Payk. *Mon. Staph.* 57. 74.
- Staph. dispar* var. a Payk. *Faun. Suec.* III. 423. 69.
- Le Staph. couleur de paille* Geoffr. *Hist. Ins.* I. 368. 18.

Habitat in Europa.

Statura et magnitudo T. obtusi. Antennae capitis thoracisque longitudine, graciles, apice vix incrassatae, articulis 5—10 sensim paulo brevioribus at parum crassioribus, subobconicis, ultimo his paulo crassiore, ovato, apice abrupte acuminato, articulis tribus primis dilute testaceis, reliquis rufo-fuscescentibus. Caput mediocre, leviter convexum, laevissimum, nitidum, nigrum, ore testaceo. Thorax coleopteris paulo latior, latitudine baseos tertia fere parte brevior, basi truncatus, angulis posterioribus retrorsum haud prominulis, obtusis, externe fortius rotundatis, transversim convexus, laevissimus, rufo-testaceus, nitidus. Scutellum nigrum. Elytra thorace tertia fere parte longiora, leviter convexa, crebrius subtiliter punctata, glabra, nitida, rufo-testacea, spatio parvo communi triangulari circa scutellum, et margine laterali, postice abbreviato, nigris. Abdomen crebrius subtiliter punctatum, glabrum, lateribus et apice pilosellum, nigrum, segmentis singulis margine posteriore late rufo-testaceo, ultimo piceo-testaceo. Pectus nigrum. Pedes testacei, coxis anticis concoloribus.

Mas tarsis anticis modice, femina perparum dilatatis.

- * 9. *T. solutus*: Niger, nitidus, ore, antennis, pedibus, thorace elytrisque rufo-testaceis, his thorace paulo longioribus, circa scutellum infuscatiss. — Long. $1\frac{3}{4}$ lin.

Tachyporus sagineatus Boisd. et Lacord. *Faun. Ent. Paris.* I. 515. 13.

Habitat in Europa.

Statura et summa affinitas T. chrysomelini, et maximis eius individuis magnitudine aequalis. Antennae capite thoraceque paulo longiores, apicem versus distinctius incrassatae, articulis ultimis sex evidenter crassioribus, crassitie autem haud brevioribus, leviter obconicis, excepto ultimo oblongo-ovato, apice acuminato. Caput mediocre, leviter convexum, laevissimum, nitidum, nigrum, ore magis minusve testaceo. Thorax coleopteris paulo latior, lati-

tudine baseos tertia fere parte brevior, basi truncatus, angulis posterioribus obtusis, externe subrotundatis, sat fortiter transversim convexus, laevissimus, nitidus, rufo-testaceus. Scutellum nigrum. Elytra thorace tertia fere parte longiora, leviter convexa, sat crebre subtiliter punctata, glabra, rufo-testacea, nitida, basi spatio communi triangulari nigricante. Abdomen sat crebre subtiliter punctatum, glabrum, lateribus et apice nigro-pilosellum, nigrum, nitidum, segmentis 4 primis margine tenui posteriore testaceo. Pectus nigrum. Pedes testacei, coxis anticis concoloribus.

Mas tarsis anticis modice, femina leviter dilatatis.

Obs. 1. Differt a T. chrysomelino antennis extrorsum crassioribus, totis testaceis, elytris margine laterali concolore, ano nigro, a T. sagineato statura minore, minus lata, et antennarum structura.

2. Tachypori chrysomelini var. b Gyll. Sahlb. Zett. vix ad hanc speciem referenda, quae speciei genuinae magnitudine inferior fertur. Oxyporus merdarius Panz. pariter potius T. chrysomelinum quam hanc speciem exhibere videtur, haec enim minor est, et antennae apicem versus fuscescunt.

- * 10. *T. tersus*: Niger, nitidus, antennarum basi, pedibus thorace elytrisque rufo-testaceis, his thorace sesqui longioribus, parce obsoleteque punctatis, margine laterali et circa scutellum nigris. — Long. $1\frac{1}{2}$ lin.

Habitat in Germania, Kirstein.

T. chrysomelino similis, at minor, angustior et minus convexus, statura omnino T. pusilli. Antennae capitis thoracisque longitudine, apicem versus perparum incrassatae, articulis 5—10 sensim paululum brevioribus et crassioribus, subobconicis, ultimo praecedente paulo crassiore, ovato, apice abrupte acuminato, fuscae, articulis 4 primis testaceis. Caput mediocre, leviter convexum, laevissimum, politum, nigrum, ore concolore, oris partibus inferioribus testaceis. Thorax coleopterorum latitudine, latitudine baseos dimidio fere brevior, basi utrinque subsinuatus, angulis posterioribus rotundatis, transversim convexus, laevissimus, nitidus, rufo-testaceus. Elytra thorace sesqui longiora, leviter convexa, parce subtiliter obsoleteque punctata, glabra, nitida, rufo-testacea, spatio parvo communi triangulari circa scutellum, et margine laterali tenuiore, summo apice abbreviato, nigris. Abdomen parcius subtiliter punctatum, glabrum, lateribus et apice parce nigro-pilosellum, nigrum, nitidum, segmentis singulis margine apicali obscure testaceis. Pectus nigrum. Pedes testacei, coxis anticis concoloribus.

Mas tarsis anticis leviter dilatatis, femina simplicibus.

Obs. Affinis certe T. chrysomelino, at distinctus statura minore, angustiore, minus convexa, thorace brevior, coleopteris haud brevior, his parce obsoleteque punctatis, fere laevigatis, et ore testaceo.

- * 11. *T. arduus*: Niger, nitidus, ore, antennarum basi, pedibus, thorace elytrisque rufo-testaceis, his thorace paulo longioribus, parcius punctatis, circa scutellum et margine laterali nigris. — Long. $1\frac{1}{2}$ lin.

Habitat in Pennsylvania, Dom. Zimmermann.

T. chrysomelino minor et angustior, statura omnino T. scituli. Antennae capite thoraceque paulo longiores, apicem versus sensim leviter incrassatae, articulis 5—10 sensim paulo brevioribus et crassioribus, ultimo praecedente paulo crassiore, subovato, apice abrupte acuminato, rufo-fuscae,

articulis 4 primis testaceis. Caput mediocre, convexum, laevissimum, nitidum, nigrum, ore testaceo. Thorax coleopteris vix latior, latitudine baseos tertia fere parte brevior, basi truncatus, angulis posterioribus retrorsum haud prominulis, rotundatis, transversim convexus, laevissimus, nitidus, rufo-testaceus. Scutellum nigrum. Elytra thorace tertia fere parte longiora; leviter convexa, parcius et minus subtiliter punctata, subtiliter tenuiterque pubescentia, rufo-testacea, nitida, spatio parvo communi triangulari circa scutellum, et vitta marginali abbreviata, nonnunquam obsoleta, nigricantibus. Abdomen crebrius minus subtiliter punctatum, subtilissime tenuissimeque pubescens, lateribus et apice longius nigro-pilosellum, nigrum, nitidum, segmentis singulis margine posteriore, anterioribus 4 angustiore, quinto latiore rufo-testaceis, ultimo apice saepius piceo. Pectus nigrum. Pedes testacei, coxis anticis concoloribus.

Mas tarsi anticis leviter dilatatis, femina simplicibus.

Variat elytris spatio inter maculam scutellarem et marginalem magis minusve infuscato.

Obs. Ab Europaeis omnino distinctus, differt a sequentibus ore testaceo, a praecedentibus statura minore, elytris pubescentibus, minus subtiliter punctatis.

* 12. *T. humerosus*: *Niger, nitidus, antennarum basi, pedibus, thorace elytris rufo-testaceis, his thorace longioribus, crebrius subtiliter punctatis, pubescentibus, lateribus et macula scutellari nigris.* — Long. $1\frac{1}{3}$ — $1\frac{1}{2}$ lin.

Tachyporus ruficollis var. (*humerosus* Knoch) Grav. Mon. p. 8.

Tachyporus lateralis Grav. Micr. 127. 4. Mon. 7. 14. — Latr. Hist. nat. Crust. et Ins. X. 6. 4. (*forte*)

Tachyporus ruficollis Runde Brachelytr. Hal. 25. 4.

Habitat in Germania.

T. chrysomelino dimidio vel duplo minor, brevior et convexior. Antennae capitis thoracisque longitudine, tenuiores, apicem versus vix incrassatae, articulis 4 — 10 sensim paulo brevioribus at vix crassioribus, subobconicis, ultimo praecedente duplo prope longiore, subovato, apice abrupte acuminato, fuscae, basi testaceae. Palpi testacei. Caput magnum, convexum, laevissimum, nitidum, nigrum, ore concolore. Thorax coleopteris vix latior, latitudine baseos tertia fere parte brevior, antrorsum leviter angustatus, basi truncatus, angulis posterioribus rotundatis, sat fortiter transversim convexus, laevissimus, rufo-testaceus, nitidus. Scutellum nigrum. Elytra thorace tertia parte longiora, sat convexa, crebrius subtiliter punctata, densius subtiliter pubescentia, nitida, rufa, spatio minuto communi triangulari circa scutellum, margineque basali et laterali, hoc apice abbreviato, nigris, spatio interiacente saepius magis minusve infuscato, limbo apicali magis rufo-testaceo. Abdomen crebrius subtiliusque punctatum, subtilissime tenuiter pubescens, lateribus et apice nigro-pilosellum, nigrum, nitidum, segmentis 4 primis margine posteriore testaceo. Pectus nigrum. Pedes testacei, coxis anterioribus concoloribus.

Mas tarsi anticis leviter dilatatis, femina simplicibus.

Obs. *T. chrysomelino* similis, distinguitur autem corpore minore, convexiore, elytris pubescentibus et ore concolore, *T. ruficollis* magis affinis, differt autem an-

tennis longioribus, praeter basin fuscis, thorace brevior, antrorsum evidenter angustato, elytris longioribus, et tarsi anticis maris leviter dilatatis.

* 13. *T. ruficollis*: *Niger, nitidus, thorace pedibusque rufis, elytris thoracis longitudine, piceis, apice rufescentibus.* — Long. $1\frac{1}{2}$ lin.

Grav. Micr. 128. 6. Mon. 7. 16. — Latr. Hist. nat. Crust. et Ins. X. 7. 6.

Staph. chrysomelinus var. *1. a. β* Rossi Faun. Etr. Ed. Helv. I. 309. 616.

Habitat in Germania.

Antennae capitis thoracisque prope longitudine, tenues, apicem versus vix incrassatae, articulis 5—10 sensim paululum brevioribus et crassioribus, subobconicis, ultimo praecedente perparum maiore, subobconico, apice abrupte acuminato, totae testaceae. Palpi testacei. Caput magnum, convexum, laevissimum, nigrum, nitidum, ore concolore. Thorax coleopteris paulo latior, latitudine baseos paulo brevior, antrorsum parum angustatus, basi truncatus, angulis posterioribus retrorsum haud prominentibus, rotundatis, fortiter convexus, laevissimus, testaceo-rufus, nitidus. Scutellum piceum, Elytra thorace vix longiora, convexa, subtiliter punctata, subtilissime tenuiter pubescentia, iam nigro-, iam fusco-picea, nitida, margine apicali rufescente. Abdomen crebre subtiliter punctatum, subtiliter tenuiterque pubescens, lateribus et apice parce nigro-pilosellum, nigrum, nitidum, segmentis singulis margine summo postico testaceo. Pectus nigrum. Pedes rufo-testacei, coxis anterioribus concoloribus.

Mas tarsi anticis fortiter dilatatis, femina simplicibus.

Variat elytris rufo-piceis vel omnino rufis.

Obs. Omnino distinctus statura brevi, convexa, capite magno, antennis brevibus tenuibusque, totis testaceis, thorace longiore et antrorsum perparum angustato. Var. ad calcem memorata *T. humeroso* similis, notis autem modo laudatis distinguenda. *T. ruficollis* Gyll. ad *T. transversalem* referendus.

* 14. *T. pusillus*: *Niger, nitidus, thoracis margine elytris fuscis, his thorace sesqui longioribus, macula marginali nigra.* — Long. $1\frac{1}{4}$ lin.

Grav. Mon. 9. 18. — Gyll. Ins. Suec. II. 241. 6. — Zetterst. Faun. Lappon. I. 59. 6. Ins. Lappon. 55. 7. — Sahlb. Ins. Fenn. I. 291. 6. — Mannerh. Brachel. 60. 8. — Boisd. et Lucord. Faun. Ent. Paris. I. 516. 6. — Runde Brachelytr. Hal. 25. 5. — Er. Col. March. I. 394. 12.

Habitat in Europa.

Antennae capitis thoracisque longitudine, apicem versus parum crassiores, fuscae, basi testaceae. Palpi picei, articulis duobus primis flavo-testaceis. Caput mediocre, leviter convexum, laevissimum, nigrum, nitidum, ore concolore. Thorax coleopterorum latitudine, latitudine baseos dimidio brevior, basi truncatus, angulis posterioribus haud prominentibus, obtusis, externe rotundatis, modice convexus, laevissimus, niger, nitidus, margine basali angustiore lateralique lato fusco-testaceo. Scutellum nigrum. Elytra thorace sesqui longiora, crebre subtiliter punctata, fusca, margine laterali nigro. Pectus et abdomen nigra, nitida, confertim subtiliter punctata. Pedes testacei, coxis anticis piceis.

Mas tarsi anticis leviter dilatatis, femina simplicibus.

Obs. *Tachyporo hypnorum* colore, licet obscuriore, affinis, differt autem statura minore, minus convexa, thoraceque coleopteris haud latiore,

- * 15. *T. scitulus*: Niger, nitidus, thoracis margine laterali elytrorumque apicali rufo-piceis, antennarum basi pedibusque rufis, elytris thorace paulo longioribus. — Long. $1\frac{1}{4}$ lin.

Er. Col. March. I. 395. 13.

Tachyporus pusillus var. *Grav. Mon.* 9. 18.

Tachypor. pusillus var. *b* Gyll. Ins. Suec. II. 241. 6. — Zetterst. Faun. Lappon. I. 59. 6. Ins. Lappon. 55. 7. — Sahlb. Ins. Fenn. I. 291. 6. — Mannerh. Brachelytr. 60. 8.

Habitat in Europa.

Statura *T. pusilli*, at paulo convexior, nitidus. Antennae capitis thoracisque fere longitudine, apicem versus parum incrassatae, fuscae, basi testaceae. Caput mediocre, convexum, laevissimum, nigrum, ore concolore, oris partibus piceo-testaceis. Thorax coleopteris parum latior, latitudine baseos dimidio brevior, basi truncatus, angulis posterioribus haud prominulis, obtusis, externe rotundatis, modice transversim convexus, margine laterali latiore summoque basali piceo-rufescentibus. Elytra thorace paulo longiora, subtilissime punctulata, tenuiter subtiliterque pubescentia, margine apicali piceo-rufescente. Abdomen crebre subtiliter punctatum, segmentis 2 — 5 saepius tenuiter rufo-marginatis. Pedes rufo-testacei, coxis anticis picescentibus.

Mas tarsi anticis leviter dilatatis, femina simplicibus.

Variat thoracis margine laterali et basali elytrorumque apicali laete rufo-testaceis.

Obs. *T. pusillo* similis, differt corpore paulo convexiore, elytrorum colore, et punctura parciore et subtiliore.

- * 16. *T. nanus*: Niger, nitidus, ore, antennarum basi, elytrorum apice pedibusque rufis, thoracis margine piceo, elytris thorace longioribus, distinctius punctatis. — Long. $1\frac{1}{4}$ lin.

Habitat in Pennsylvania, Dom. Zimmermann.

Statura et summa affinitas praecedentis. Niger, nitidus. Antennae capitis thoracisque prope longitudine, graciles, apice paulo crassiores, piceo-rufae, basi testaceae. Caput mediocre, convexum, laevissimum, ore testaceo. Thorax coleopteris paululum latior, latitudine baseos dimidio brevior, basi truncatus, angulis posterioribus haud prominentibus, rotundatis, modice convexus, laevissimus, margine basali laterali que tenuiore piceo-rufescente. Elytra thorace tertia parte longiora, crebre minus subtiliter punctata, parce pubescentia, apice (tertia elytri parte) laete rufa. Abdomen parce subtiliter punctatum, segmentis singulis margine postico rufescente. Pedes rufo-testacei, coxis anticis femoribusque picescentibus.

Mas tarsi anticis leviter dilatatis. Femina latet.

Obs. *A. T. scitulo* distinctus antennis brevioribus, dilutioribus, ore testaceo, elytris distinctius punctatis, apice latius rufis, etc.

- * 17. *T. transversalis*: Niger, nitidus, thorace elytris que rufis, antice dimidiato-nigris, pedibus testaceis. — Long. $1\frac{1}{4}$ lin.

Grav. Mon. 8. 17. — Er. Col. March. I. 395. 14.

- T. ruficollis* Gyll. Ins. Suec. II. 240. 5. — Zetterst. Faun. Lappon. I. 58. 5. Ins. Lappon. 55. 6. — Sahlb. Ins. Fenn. I. 291. 5. — Mannerh. Brachelytr. 59. 7.
T. dispar var. δ Payk. Mon. Staph. 78. 54. Faun. Suec. III. 424. 69.

Habitat in Germania.

Statura *T. pusilli*. Antennae capitis thoracisque longitudine, apicem versus parum crassiores, ferrugineae, medio fusciscentes. Palpi testacei, articulo tertio fusco. Caput minusculum, leviter convexum, laevissimum, nigrum, nitidum, ore testaceo. Thorax coleopteris paulo latior, latitudine baseos dimidio brevior, basi truncatus, modice convexus, angulis posterioribus haud prominentibus, rotundatis, satis convexus, laevissimus, testaceo-rufus, antice plerumque dimidiato-nigricans, nitidus. Scutellum nigrum. Elytra thorace paulo longiora, crebre subtiliter punctata, parce subtiliterque pubescentia, nitida, antice nigra, pone medium testaceo-rufa. Abdomen crebre subtiliter punctatum, nigrum, segmentis singulis margine postico late rufo. Pectus nigrum. Pedes rufo-testacei, coxis anticis concoloribus.

Mas tarsi anticis vix dilatatis, femina simplicibus.

- * 18. *T. brunneus*: Rufo-testaceus, capite, thoracis disco pectoreque piceis, elytris thorace sesqui longioribus. — Long. $1\frac{1}{4}$ lin.

Er. Col. March. I. 395. 15.

Oxyporus brunneus Fab. Ent. Syst. I. II. 535. 19. Syst. El. II. 607. 19. — Panz. Ent. Germ. 361. 15.

Staphyl. nitidulus Oliv. Ent. III. 42. 34. 48 t. 3. f. 28.

Tachyporus nitidulus Grav. Micr. 126. 2. Mon. 11. 20. — Latr. Hist. nat. Crust. et Ins. X. 6. 2. — Gyll. Ins. Suec. II. 242. 7. — Sahlb. Ins. Fenn. I. 292. 7. — Mannerh. Brachelytr. 60. 9. — Boisd. et Lacord. Faun. Ent. Paris. I. 517. 7. — Runde Brachelytr. Hal. 25. 6.

Var.: *Tolus testaceus*.

Tachyporus abdominalis Grav. Micr. 127. 3. Mon. 7. 15. — Latr. Hist. nat. Crust. et Ins. X. 6. 3.

Tachyporus scutellaris Boisd. et Lacord. Faun. Ent. Paris. I. 517. 8.

Habitat in Europa; in Aegypto, Dom. Prof. Ehrenberg; in America septentrionali, Dom. Zimmermann.

Praecedentibus minor, angustior et minus convexus. Antennae capitis thoracisque longitudine, apice vix crassiores, totae testaceae. Caput minusculum, leviter convexum, laevissimum, piceum, nitidum, ore testaceo. Thorax coleopterorum latitudine, latitudine baseos dimidio brevior, basi truncatus, angulis posterioribus haud prominulis, obtusis, externe rotundatis, leviter convexus, laevissimus, testaceus, nitidus, disco piceo. Scutellum piceo-testaceum. Elytra thorace sesqui longiora, crebre subtilius punctata, tenuiter subtiliterque pubescentia, testacea, nitida. Abdomen crebre minus subtiliter punctatum, fusco-testaceum, segmentis singulis apice dilutioribus. Pectus piceum. Pedes flavo-testacei.

Mas tarsi anticis leviter dilatatis, femina simplicibus.

Variat capite, thoracis disco pectoreque testaceis concoloribus.

Species mihi invisae.

19. *T. nigricornis*: *Nigro-piceus, nitidus, antennarum articulo ultimo, thoracis lateribus pedibusque posticis rufo-testaceis, elytris rufis, regione scutelli nigris.*

Gyll. Ins. Suec. IV. 469. 1 — 2.

Habitat in Vestrogothia.

T. chrysomelino et affinis magnitudine, statura et partium formatione simillimus, colore antennarum et pedum anteriorum a reliquis praecipue distinctus. Caput nigrum, nitidissimum, glabrum, laeve, ore palpisque etiam nigris, pubescentibus. Antennae paulo breviores et validiores quam in affinis, extrorsum crassiores, nigrae, articulo ultimo solo testaceo. Thorax amplus, nigro-brunneus, lateribus rufescens. Scutellum nigrum. Elytra rufo-testacea, circa scutellum nigricantia, et iuxta humerum litura fusca notata. Abdomen nigro-piceum, segmentorum marginibus dilutioribus. Corpus subtus nigro-piceum. Pedes quatuor anteriores nigro-picei, postici et tarsi anteriores testacei. (Gyll.)

20. *T. obscurellus*: *Convexus, nitidus, laevis, glaber, niger, antennarum basi, thorace pedibusque anterioribus rufo-testaceis, elytris fuscis.* — *Long. 1¼ lin.*

Zetterst. Ins. Lappon. 54. 2.

Habitat in Lapponia Umensi rarius.

Similis *T. chrysomelino*, marginato, etc., colore ab illis tantum differt. Caput nigrum. Antennae fuscae, articulo primo testaceo. Thorax rufus. Elytra obscura s. fusco-rufa, margine summo apicali pallido. Abdomen nigrum. Pedes obscure rufo-testacei, femoribus posticis nigricantibus s. fuscis, tibiis eiusdem paris testaceis, tarsis pallidis. (Zetterst.)

Obs. Colore corporis cum *T. ruficolli* Gr. convenire videtur, at antennarum et pedum posticorum colore differt.

21. *T. nigriceps*: *Latus, subconvexus, pallidus, capite nigro, ano infusato.*

Mannerh. Brachelytr. 59. 5.

Habitat in Fennia: ad Wilnäs semel captus.

T. abdominali duplo minor, capite nigro, postice transversim profundius impresso, et thorace elytris parum latiore diversus. (Mannerh.)

Obs. Species perquam dubia, forte castiganda.

Habrocerus Er.

Er. Col. March. I. p. 400.

Antennae 11-articulatae, capillares.

Palpi maxillares articulo quarto acuminato.

Ligula biloba, lobis truncatis.

Elytra pectore longiora.

Tarsi 5-articulati.

Corpus oblongum, leviter convexum, alatum. Caput thoraci insertum, rotundatum, convexum, deflexum, oculis mediocribus, rotundatis, modice pro-

minulis. Labrum subquadratum, apice leviter sinuatum. Mandibulae minutae. Maxillae (t. IV. f. 4. b.) mala interiore rhomboidea, externe coriacea, interne membranea, apice breviter barbata, mala exteriori interne coriacea, externe et apice dilatato-rotundato barbata, membranea. Palpi maxillares elongati, articulo primo minuto, secundo tertioque longitudine subaequalibus, hoc apicem versus sensim incrassato, quarto huic fere aequali, elongato-conico, acuminato. Labium (t. IV. f. 4. a.) mento transverso, ligula lata, truncata, medio incisa, membranea, paraglossis ligulae connatis, eique aequalibus, non nisi linea ciliata indicatis. Palpi labiales ligulam vix superantes, articulo primo sat magno, cylindrico, secundo tertioque minutis, subaequalibus, hoc apice truncato. Antennae (t. IV. f. 4. c.) 11-articulatae, articulis duobus primis crassiusculis, reliquis tenuibus, verticillato-pilosellis. Thorax transversus, basi coleopterorum latitudine, antrorsum leviter angustatus, transversim convexus, basi truncatus, apice pro receptione capitis emarginatus, lateribus leviter rotundatis, angulis posterioribus obtusis, subrotundatis. Scutellum minutum, triangulare. Elytra thorace paulo longiora, angulo apicali exteriori oblique truncato. Abdomen marginatum, apicem versus sensim angustatum, apice depressum, segmentis sexto septimoque occultis. Mesosternum antice carinatum. Pedes breviusculi, coxis intermediis approximatis, posticis triangularibus, trochanteribus posticis maiusculis, tibiis omnibus subtilissime spinulosis, tarsis 5-articulatis, tenuibus, posterioribus articulo primo elongato, sequentibus tribus sensim longitudine decrescentibus, anticis in utroque sexu simplicibus.

O b s e r v a t i o n e s.

1. Habitus corporis omnino Tachypori, at minus convexus. Caput et thorax laevissima glaberrimaque, hic margine parce pilosello, elytra punctulata, glabra, margine parce pilosello, abdomen subtiliter tenuiterque pubescens, lateribus et apice longius pilosellum.

2. Quodammodo intermedium videtur hoc genus inter Tachyporum et Tachinum, palporum maxillarum articulus tertius apice acutus ut in Tachyporo, at elongatus, et basi tertio crassitie aequalis, ut in Tachino; ab utroque praeterea notis pluribus discedit, praecipue antennarum abdominisque structura nec non coxis posticis triangularibus. Antennarum figura insolita cum Trichophyo convenit.

3. Mas abdominis segmento quinto inferiore apice leviter emarginato, sexto paululum eminulo, femina segmento quinto apice truncato, sexto omnino occulto distinguuntur.

- * 1. *H. capillaricornis*: *Nigro-piceus, nitidus, antennis pedibusque testaceis.* — *Long. 1¼ lin.*

Er. Col. March. I. 401. 1.

Tachyporus capillaricornis Grav. Mon. 10. 19.

Habitat in Germania, in silvis, sub foliis deciduis, in Gallia, Mus. Dom. Dr. Aubé, in Sardinia, Dom. Prof. Gené.

Piceus vel nigro-piceus, nitidus, ore, antennis pedibusque testaceis, capite, thorace scutelloque glaberrimis, thorace apice punctis quatuor transversim positis, sat distinctis notato. Elytra obsolete parceque punctata, glabra. Abdomen confertim subtiliter punctatum, subtiliter pubescens, pilosellum.

Tachinus Grav.*Tachinus Fam. I. Grav. Micr. I. p. 135.**Antennae 11-articulatae, filiformes.**Palpi maxillares filiformes.**Ligula biloba.**Elytra pectore longiora.**Tarsi 5-articulati.*

Corpus oblongum, magis minusve convexum, plerumque alatum. Caput thoraci insertum, fronte convexiuscula, antice angustata, oculis medicoribus, rotundatis, leviter prominulis. Labrum transversum, apice leviter sinuatum. Mandibulae trigonae, obtusiusculae, intus membrana tenui, subtiliter ciliata fimbriatae. Maxillae (t. IV. f. 5. b.) malis basi subcorneis, apice membranaceis, interiore apice oblique truncato, exteriori rotundato barbatis, hac interiori aut aequali aut eam leviter superante. Palpi maxillares modice elongati, filiformes, articulo primo minuto, brevi, secundo tertio paulo longiore, quarto tertio vel paulo longiore, vel subaequali, apice acuminato. Labium (t. IV. f. 5. a.) mento transversum, ligula lata, medio incisa, lobis oblique introrsum truncatis, membranae, paraglossis ligulae omnino connatis eamque haud excedentibus, interne subtiliter ciliatis. Palpi labiales filiformes, articulo primo secundo paulo longiore, tertio praecedentibus haud tenuiore, primo longitudine aequali, apice subacuminato. Antennae filiformes, apice saepius leniter sensimque subincrassatae, articulo ultimo ovato. Thorax transversus, basi coleopterorum latitudine, vel iis paulo latior, antrorsum angustatus, apice pro receptione capitis emarginatus, lateribus rotundatus, basi vel truncata vel utrinque leviter sinuata, coleopteris arcte applicata, angulis posterioribus saepe postice prominentibus, anterioribus acutiusculis. Scutellum rotundatum. Elytra sat magna. Abdomen marginatum, apicem versus sensim attenuatum. Pedes breviusculi, coxis posticis parallelopipedis, ad femorum basin scutiformi-elevatis, tibus omnibus spinulosis, tarsis 5-articulis, minus elongatis, articulis 4 primis longitudine sensim decrecentibus.

Fam. I.*Mesosternum carinatum.**Tarsi antici in utroque sexu simplices.*

Statura Tachypori, corpus saepius convexius, posterius attenuatum, antice obtuse rotundatum. Palpi maxillares articulo ultimo magis acuminato, nonnunquam conico, penultimo saepius haud longiore. Femora valida, compressa.

Mas abdominis segmento sexto superiore apice quadrifido, laciniis spiniformibus, intermediis longioribus, inferiore fisso, quinto inferiore plerisque integro.

Femina segmento sexto superiore et inferiore apice quadrifidis, laciniis spiniformibus, aequalibus.

Observationes.

1. Corpus minutum, convexum, posterius valde attenuatum, capite, thorace elytrisque glaberrimis, abdomine saepius tenuissime subtilissimeque pubescente, la-

teribus et apice parce pilosello. Scutellum magnum. Elytra convexa, lateribus subtiliter marginata, secundum marginem saepius longitudinaliter impressa, angulo apicali exteriori obtuso.

2. Habitus omnino Tachypori, notas autem distinctivas praebent abdominis segmentum sextum aliter constructum, mesosternum carinatum, tarsi antici in utroque sexu simplices, posteriores haud elongati, tibia breviores.

3. A Fam. altera haecce notis supra laudatis discedit, reliqui characteres satis exacte congruunt, oris etiam structura, qua nonnisi palpis maxillaribus paululum magis acuminatis differt. Generi igitur peculiari condendo characteres aegre sufficient.

* 1. *T. silphoides*: Niger, nitidus, thoracis limbo, elytrorum vitta submarginali, sutura apiceque pedibusque flavis. — Long. $1\frac{1}{2}$ lin.

Gyll. Ins. Suec. II. 267. 14. — Sahlb. Ins. Fenn. I. 303. 13. — Mannerh. Brachelytr. 62. 13. — Boisd. et Lacord. Faun. Ent. Paris. I. 513. 11. — Runde Brachelytr. Hal. 26. 6. — Er. Col. March. I. 396. 1.

Staphyl. silphoides Linn. Syst. Nat. I. II. 684. 11. — Goeze Ent. Beitr. I. 719. 10. — De Vill. Ent. I. 414. 11. — Marsh. Ent. Brit. 521. 66.

Oxyporus suturalis Panz. Faun. Germ. 18. 20. Ent. Germ. 360. 7.

Tachinus suturalis Grav. Micr. 144. 15. — Latr. Hist. nat. Crust. et Ins. IX. 397. 15.

Tachyporus suturalis Grav. Mon. 13. 22.

Tachinus marginalis Grav. Micr. 192. 4.

Tachyporus marginalis Grav. Mon. 13. 23.

Tachyporus limbatus Grav. Mon. 12. 21. (forte)

Staph. dispar var. ζ Payk. Mon. Staph. 79. 54.

Staph. dispar var. ε Payk. Faun. Suec. III. 424. 69.

Habitat in Europa et in America septentrionali.

Statura omnino Tachypori ruficollis, niger, nitidus. Antennae capite thoraceque paulo longiores, apice haud crassiores, articulis 4 — 10 subobconicis, crassitie longioribus, ultimo oblongo, apice acuminato, ferrugineae, basi flavo-testaceae. Palpi testacei. Caput magnum, convexum, laevissimum. Thorax coleopterorum latitudine, latitudine dimidio fere brevior, antrorsum parum angustatus, lateribus leviter rotundatus, basi utrinque leviter sinuatus, angulis posterioribus retrorsum leviter prominentibus, subrectis, externe rotundatis, convexus, laevissimus, limbo laterali lato margineque tenui basali et apicali flavo-testaceis. Elytra thorace paulo longiora, modice convexa, angulo apicali exteriori oblique truncato, dense subtilissime punctulata, margine suturali et apicali vittaque submarginali, iam ante flavedinem abrupta, iam cum illa confluenta, flavo-testaceis. Abdomen dense subtiliter punctulatum, densius subtilissime pubescens, lateribus et apice nigro-pilosello, subtus apice testaceum. Mesosternum subtiliter carinatum. Pedes testacei.

Obs. 1. Elytra signaturis flavis iam angustioribus iam latioribus, ita ut nonnunquam evadant flavo-testacea, macula oblonga submarginali alteraque discoidali nigris, utraque cum nigridine baseos cohaerente.

2. *T. marginalis* Americanus cum *T. silphoide* Europaeo exacte convenit. *Tachyp. limbatus* Grav., quem solis palpis acuminatis differre affert Grav., neque *Tachyporum*, neque speciem peculiarem esse mihi persuasum, quamvis a DeJeanio ipso idem Latreillianae collectionis specimen sub genere illo enumeratur.

3. Mas abdominis segmento inferiore quinto apice emarginato a reliquis huius sectionis speciebus discedit.

- * 2. *T. pictus*: *Niger, nitidus, pedibus, ano, thoracis limbo elytrisque flavis, his macula rotundata media nigra.* — Long. $1\frac{1}{3}$ lin.

Habitat in Madagascar, Dom. Gondot.

Statura et summa affinitas praecedentis. Antennae capite thoraceque paulo longiores, apice vix crassiores, articulis 3 — 10 subobconicis, crassitie longioribus, ultimo elongato, cylindrico, apice obtuse acuminato, nigrae, articulis duobus primis flavis. Palpi flavii, apice picei. Caput sat magnum, convexum, laevissimum, nigrum, nitidum. Thorax coleopterorum latitudine, latitudine dimidio fere brevior, antrorsum parum angustatus, lateribus modice rotundatus, basi utrinque subsinuatus, angulis posterioribus retrorsum parum prominentibus, rotundatis, modice transversim convexus, laevissimus, nitidissimus, niger, margine anteriore et posteriore tenui limboque laterali lato flavis. Scutellum laeve, nigrum. Elytra thorace paulo longiora, modice convexa, angulo apicali exteriore oblique truncato, parcius subtilissime punctulata, nitida, flava, macula magna ovali media nigra, margine laterali medio infuscato. Abdomen crebre subtiliter punctatum, densius subtilissime pubescens, lateribus et apice parce nigro-pilosellum, nigrum, apice lato testaceo. Pectus nigrum, mesosterno subtiliter carinato. Pedes flavii.

Obs. Differt constantèr a praecedente praecipue elytrorum macula media antrorsum haud elongata, basi nigredine nulla tineta, margine laterali medio solummodo infuscato, ano superne et inferne testaceo, elytris parcius punctulatis, thoracis angulis posterioribus paulo magis rotundatis. Sexus differentia omnino ut in illo.

- * 3. *T. piceus*: *Leviter convexus, piceus, nitidus, capite, thorace elytrisque laevissimis, antennarum basi pedibusque testaceis, thoracis margine elytrorumque limbo apicali rufescentibus, his thorace paulo longioribus.* — Long. 1 lin.

Habitat in ins. Puerto Rico, Dom. Moritz.

Sequenti affinis, leviter convexus, piceus, nitidus. Antennae capitis thoracisque fere longitudine, apice crassiores, articulis 2 et 3 elongatis, longitudine subaequalibus, 5 — 10 praecedentibus distincte crassioribus, aequalibus, transversis, ultimo subgloboso, nigro-piceae, articulis 4 primis dilute testaceis. Caput parum convexum, laevissimum, oris partibus testaceis. Thorax basi coleopterorum basi haud latior, latitudine baseos duplo brevior, basi utrinque late leviterque sinuatus, angulis posterioribus retrorsum parum prominulis, acutiusculis, externe rotundatis, modice convexus, laevissimus, piceus, margine basali laterali que dilutiore. Elytra thorace vix sesqui longiora, apicem versus sensim angustata, angulo apicali exteriore oblique truncato, secundum marginem lateralem profundius impressa, laevissima, margine laterali apicali que dilutiore. Abdomen subtiliter punctulatum, tenuiter subtilissime pubescens, apice dilutius. Mesosternum subtiliter carinatum. Pedes rufo-testacei.

- * 4. *T. cinctellus*: *Convexiusculus, nigro-piceus, nitidus, capite, thorace elytrisque laevissimis, antennarum basi apiceque pedibusque testaceis, thoracis elytrorumque margine laterali apicali que piceis, his thorace plus sesqui longioribus.* — Long. 1 lin.

Habitat in Brasilia, Dom. Thorey.

Corpus parvum, convexusculum, piceo-nigrum, nitidum. Antennae

capitis thoracisque longitudine, apicem versus sensim subincrassatae, articulis 2 et 3 leviter elongatis, sequentibus sensim paulo brevioribus et paululum crassioribus, subobconicis, ultimo breviter ovato, apice abrupte acuminato, fusco-nigrae, articulis 4 primis ultimoque testaceis. Caput laevissimum, ore rufo-piceo. Thorax basi coleopterorum basi haud latior, latitudine baseos duplo brevior, antrorsum fortius angustatus, lateribus rotundatis, basi bisinuatus, angulis posterioribus retrorsum leviter prominentibus, latis, rotundatis, convexus, laevissimus, margine laterali basali que indeterminate piceo-rufescentibus. Elytra thorace plus sesqui longiora, apicem versus sensim angustata, angulo apicali exteriore oblique truncato, secundum marginem lateralem leviter impressa, laevissima, apice (ad tertiam elytri partem usque) margineque tenui laterali indeterminata piceo-rufis. Abdomen densius subtilissime pubescens, subtus apice piceum. Mesosternum subtiliter carinatum. Pedes rufo-testacei.

- * 5. *T. pulchellus*: *Leviter convexus, nigro-piceus, nitidus, capite thorace elytrisque laevissimis, pedibus, thoracis limbo, elytris postice margineque laterali piceo-rufis, antennis basi testaceis.* — Long. 1 lin.

Var.: *Thorace elytrisque testaceis, illis disco his basi piceis.*

Habitat in Puerto Rico et in Columbia, Dom. Moritz.

Praecedentibus simillimus, modice convexus, nigro-piceus, nitidus. Antennae capitis thoracisque prope longitudine, apice paulo crassiores, articulis 2 et 3 elongatis, aequalibus, sequentibus sensim paulo brevioribus et crassioribus, ultimo ovato, apice subacuminato, nigro-piceae, basi testaceae. Palpi rufo-testacei. Caput leviter convexus, laevissimum, ore dilutiore. Thorax basi coleopterorum basi haud latior, latitudine baseos duplo brevior, antrorsum fortiter angustatus, lateribus rotundatus, basi leviter bisinuatus, angulis posterioribus retrorsum parum prominentibus, rotundatis, modice convexus, limbo basali laterali que iam tenuiore iam latiore piceo-rufo. Elytra thorace sesqui longiora, apicem versus sensim angustata, angulo apicali exteriore oblique truncato, secundum marginem lateralem vix impressa, laevissima, apice lato (ad dimidiam fere elytri partem usque) margineque laterali testaceo-rufis. Abdomen confertim subtiliter punctulatum, dense subtiliter pubescens, apice piceum. Mesosternum subtiliter ac acute carinatum. Pedes testacei.

Variat thorace elytris que testaceis, illo disco, his basi piceis, vel interdum totus testaceus, capite, thoracis disco elytrorum que basi paulo saturatioribus.

- * 6. *T. nitidulus*: *Leviter convexus, nigro-piceus, nitidus, capite, thorace elytrisque laevissimis, capite, thorace, pedibus antennisque testaceis, elytris abdomineque apice rufescentibus.* — Long. $\frac{3}{4}$ lin.

Habitat in Puerto-Rico, Dom. Moritz.

Habitu omnino praecedentium, at paulo minor. Corpus leviter convexus. Antennae capitis thoracisque prope longitudine, apice paulo crassiores, articulis 2 et 3 elongatis, aequalibus, sequentibus sensim paulo brevioribus et crassioribus, penultimis crassitie sua brevioribus, ultimo breviter acuminato, testaceae, apice fuscae. Caput parum convexum, rufo-testa-

cenu, laevissimum. Thorax basi coleopterorum basi haud latior, latitudine baseos duplo brevior, antrorsum fortiter angustatus, lateribus rotundatus, basi vix sinuatus, angulis posterioribus vix prominentibus rotundatis, leviter convexus, laevissimus, rufo-testaceus, nitidus. Scutellum nigro-piceum. Elytra thorace plus sesqui longiora, apicem versus sensim leviter angustata, angulo apicali exteriori obtuso, secundum marginem lateralem leviter impressa, laevissima, nitida, obscure fusco-picea, basi fere nigra, margine laterali apicalique indeterminate testaceo-rufescentibus. Abdomen subtiliter punctulatum, parce subtilissime pubescens, nigro-piceum, apice late testaceo-rufum. Pectus nigrum, mesosterno subtiliter carinato. Pedes rufo-testacei.

* 7. *T. convexus*: *Convexus, piceo-niger, nitidus, capite thoraceque laevissimis, elytris parce subtilissime punctatis, antennarum basi pedibusque rufis.* — Long. 2 lin.

Habitat in Brasilia, Dom. Melly.

Corpus convexum, nigro-piceum, nitidum. Antennae capite thoraceque paulo breviores, apice parum crassiores, articulis 2 et 3 leviter elongatis, sequentibus sensim paululum brevioribus et crassioribus, subobconicis, ultimo ovato, fuscae, articulis tribus primis rufo-testaceis. Caput laevissimum fronte convexiuscula, ore rufo, palpis testaceis. Thorax basi coleopterorum basi latitudine aequalis, latitudine baseos duplo brevior, basi utrinque sinuatus, antrorsum valde angustatus, lateribus fortiter rotundatus, angulis posterioribus postice leviter prominentibus, acutiusculis, acumine rotundato, valde convexus, laevissimus, margine basali laterali summo piceo-rufescente. Elytra thorace sesqui prope longiora, apicem versus sensim leviter angustata, valde convexa, angulo apicali exteriori obtusiusculo, secundum marginem lateralem haud impressa, convexa, minus dense subtilissime punctata. Abdomen subtiliter punctulatum, parce subtilissime pubescens, piceum, apice segmentorumque singulorum margine postico rufescente. Mesosternum fortiter acuminatum, valde prominens. Pedes rufi.

* 8. *T. elatus*: *Convexus, piceo-niger, nitidus, capite thoraceque laevissimis, hoc lateribus castaneo, elytris parce subtilissime punctatis, ore, antennarum basi pedibusque rufo-testaceis.* — Long. 2 lin.

Habitat Novae Valentiae in Columbia, Dom. Moritz.

Statura et summa similitudo praecedentis, fortius convexus, piceo-niger, nitidus. Antennae capite thoraceque paulo breviores, tenuiores, apice vix incrassatae, articulo tertio secundo paulo longiore, sequentibus sensim paulo brevioribus et paululum crassioribus, subobconicis, ultimo subovato, apice abrupte acuminato, nigrae, articulis tribus primis testaceis. Caput laevissimum, fronte parum convexa, ore testaceo. Thorax basi coleopterorum basi haud, latitudine baseos duplo fere brevior, antrorsum valde angustatus, lateribus fortiter rotundatus, basi utrinque levissime sinuatus, angulis posterioribus retrorsum leviter prominentibus, acutis, sat convexus, laevissimus, nitidus, dorso piceo-niger, margine laterali indeterminate castaneo. Elytra thorace tertia fere parte longiora, apicem versus sensim leviter angustata, angulo apicali exteriori rotundato, secundum marginem lateralem haud impressa, valde convexa, parcius subtiliter punctata. Abdomen crebre

subtilius punctulatum, parce subtilissime pubescens, segmentis singulis rufo-marginatis. Mesosternum acute carinatum. Pedes rufi.

Obs. T convexo simillimus, at non adeo convexus et antennis in utroque sexu longioribus tenuioribusque, mesosternoque minus prominenter carinato distinctus.

* 9. *T. hepaticus*: *Convexus, piceo-castaneus, nitidus, capite thoraceque laevissimis, elytris vage subtilissime punctatis, antennis basi rufis, apice ferrugineis.* — Long. 1½ lin.

Habitat in Columbia, Dom. Moritz.

T. convexo dimidio minor et paulo minus convexus, piceo-castaneus, nitidus. Antennae capitis thoracisque fere longitudine, apice leviter crassiores, articulo tertio secundo paululum longiore et tenuiore, 4 — 10 sensim paulo brevioribus et crassioribus, subobconicis, ultimo oblongo, praecedentibus ambobus prope longiore, subcylindrico, apice abrupte acuminato, fuscae, articulis tribus primis rufo-testaceis, ultimo ferrugineo. Palpi rufo-testacei. Caput vix convexus, laevissimum, nigrum, ore rufo-piceo. Thorax basi coleopterorum basi vix latior, latitudine duplo brevior, antrorsum fortiter angustatus, lateribus modice rotundatus, basi leviter bisinuatus, angulis posterioribus retrorsum prominentibus, acutiusculis, acumine extrorsum rotundato, modice convexus, laevissimus. Elytra thorace vix tertia parte longiora, apicem versus sensim leviter angustata, angulo apicali exteriori obtuso, subrotundato, modice convexa, minus dense subtilissime punctata. Abdomen subtiliter punctulatum, omnium subtilissime parce pubescens. Mesosternum fortiter acuteque carinatum, modice prominens. Pedes rufo-testacei.

* 10. *T. brunneus*: *Convexus, piceus, nitidus, capite thoraceque laevissimis, elytris vage subtilissime punctatis, antennarum basi pedibusque rufis.* — Long. 1½ lin.

Habitat in Columbia, Dom. Moritz.

Praecedenti affinis, at dimidio minor et paulo magis convexus. Antennae capite thoraceque breviores, tenuiores, apice leviter crassiores, articulo tertio secundo tenuiore at vix brevior, sequentibus sensim paulo brevioribus et crassioribus, ultimo subovato, apice abrupte acuminato, fuscae, articulis tribus primis rufo-testaceis. Palpi rufo-testacei. Caput leviter convexus, laevissimum, nigro-piceum, ore rufo-piceo. Thorax basi coleopterorum basi paulo latior, latitudine vix duplo brevior, antrorsum fortiter angustatus, lateribus fortius rotundatis, basi utrinque leviter sinuatus, posterioribus retrorsum leviter prominentibus, acutis, externe rotundatis, sat convexus, laevissimus, nitidus, saturate piceo-castaneus, dorso indeterminate piceo-nigro. Scutellum nigro-piceum, nitidum. Elytra thorace tertia fere parte longiora, apicem versus sensim leviter angustata, angulo apicali exteriori obtuso, secundum marginem lateralem vix impressa, convexa, minus confertim subtilissime punctata, saturate fusco-picea, nitida, margine laterali apicalique summo castaneo. Abdomen subtiliter punctulatum, vix perspicue pubescens, piceum, nitidum, subts apice late rufo-piceum. Mesosternum subtiliter carinatum. Pedes testaceo-rufi.

Obs. Differt a praecedente statura minore, magis convexa, thorace paulo longiore, convexiore, antennis tenuioribus, apice haud ferrugineis, mesosterno subtiliter carinato, haud prominente.

* 11. *T. terminalis*: *Convexus, nigro-piceus, nitidus, capite thoraceque laevissimis, elytris crebre subtiliter punctatis, pedibus antennisque rufis, his apice ferrugineis.* — Long. $1\frac{1}{2}$ lin.

Habitat in ins. Puerto Rico, Dom. Moritz.

Statura omnino praecedentis. Antennae capitis thoracisque prope longitudine, apice leviter crassiores, articulo tertio secundo paulo longiore et tenuiore, sequentibus sensim paulo brevioribus at vix crassioribus, ultimo praecedentibus ambobus longitudine subaequali, oblongo-ovato, apice abrupte acuminato, piceo-rufae, articulis tribus primis rufo-testaceis, ultimo flavo-testaceo. Palpi rufo-testacei. Caput leviter convexum, laevissimum, piceo-nigrum, nitidum, ore piceo-subrufo. Thorax basi coleopterorum basi paulo latior, latitudine duplo fere brevior, antrorsum fortiter angustatus, lateribus modice rotundatus, basi utrinque sinuatus, angulis posterioribus retrorsum leviter prominentibus, acutiusculis, externe rotundatis, convexus, laevissimus, nigro-piceus, marginibus dilutioribus. Scutellum nigro-piceum. Elytra thorace tertia fere parte longiora, apicem versus sensim leviter angustata, angulo apicali exteriore obtuso, secundum marginem lateralem obsolete impressa, convexa, densius subtiliter punctata, nigro-picea, nitida, marginibus dilutioribus, parce subtilissime brevissimeque pubescens. Abdomen parcius subtiliter punctulatum, piceum, subtus apicem versus rufescens. Mesosternum subtiliter carinatum. Pedes testaceo-rufi.

Obs. Praecedentibus admodum affinis, elytris autem crebrius minusque subtiliter punctatis distinctus.

* 12. *T. apicalis*: *Convexiusculus, nigro-piceus, nitidus, capite thoraceque laevissimis, elytris subtilissime punctatis, pedibus antennarumque basi testaceis, his articulo apicali flavo.* — Long. 1 lin.

Habitat in ins. Puerto Rico, Dom. Moritz.

Statura omnino *T. picei* et vix paululum maior, praecedente plus dimidio minor, modice convexus, piceo-niger, nitidus. Antennae capite thoraceque paulo breviores, apicem versus sensim leviter incrassatae, articulo tertio secundo tenuiore et paulo longiore, sequentibus sensim brevioribus et paulo crassioribus, penultimis transversis, ultimo breviter ovato, apice acuminato, nigrae, articulis 4 primis testaceis, ultimo flavo. Caput minusculum, fronte parum convexa, ore dilute testaceo. Thorax basi coleopteris vix latior, latitudine triplo prope brevior, antrorsum fortius angustatus, lateribus leviter rotundatis, basi truncatus, angulis posterioribus haud prominulis, acumine summo rotundatis, laevissimus, margine summo laterali brunneo. Elytra thorace duplo prope longiora, apicem versus sensim angustata, angulis posterioribus obtusiusculis, secundum marginem lateralem haud impressa, omnium subtilissime punctulata. Abdomen parce omnium subtilissime punctulatum, vix pubescens, apice rufescens. Mesosternum subtiliter carinatum. Pedes dilute testacei.

Obs. Differt a praecedente statura multo minore, elytris omnium subtilissime, vix perspicue punctulatis etc. a *T. piceo* capite maiore, antennarum articulo ultimo flavo, elytris subtilissime punctulatis.

* 13. *T. humilis*: *Parum convexus, nigro-piceus, nitidus, capite thoraceque laevissimis, elytris subtilissime punctulatis, ore testaceo, antennarum basi pedibusque rufis.* — Long. $1\frac{1}{2}$ lin.

Habitat in Brasilia, Dom. Prof. Germar.

Corpus leviter convexum, nigro-piceum, nitidum. Antennae capitis thoracisque longitudine, crassiusculae, apice sensim crassiores, articulo tertio secundo evidenter longiore, sequentibus sensim paulo brevioribus at vix crassioribus, ultimo oblongo, praecedentibus ambobus longitudine aequali, apice sat fortiter acuminato, fuscae, articulis tribus primis rufis. Caput parum convexum, laevissimum, ore testaceo. Thorax basi coleopteris parum latior, latitudine plus duplo brevior, antrorsum fortiter angustatus, lateribus modice rotundatus, basi utrinque vix sinuatus, angulis posterioribus retrorsum haud prominulis, acumine summo rotundatis, leviter transversim convexus, laevissimus, nigro-piceus, marginibus dilutioribus. Elytra thorace duplo prope longiora, apicem versus sensim leviter angustata, angulo apicali exteriore obtusiusculo, secundum marginem lateralem canaliculata, subtilissime punctulata. Abdomen subtilissime punctulatum, vage tenuissime subtilissimeque pubescens. Pedes testaceo-rufi.

Obs. Distinctus a praecedentibus statura minus convexa thoraceque breviora, basi vix sinuato, angulis posterioribus postice haud prominentibus.

14. *T. brevicollis*: *Subdepressus, nigro-piceus, nitidus, capite thoraceque laevissimis, elytris omnium subtilissime punctulatis, abdomine evidenter punctato, antennarum basi pedibusque testaceis.* — Long. $1\frac{1}{2}$ lin.

Habitat Novae Valentiae in Columbia, Dom. Moritz.

Statura et summa affinitas praecedentis, perparum convexus, nigro-piceus, nitidus. Antennae capitis thoracisque prope longitudine, apicem versus leviter incrassatae, articulo tertio secundo paululum longiore, 4 — 10 sensim paulo brevioribus at vix crassioribus, ultimo ovato, apice abrupte acuminato, nigrae, articulis tribus primis testaceis. Oris partes testaceae. Caput laevissimum, fronte parum convexa. Thorax basi coleopteris parum latior, latitudine baseos triplo fere brevior, antrorsum fortiter angustatus, lateribus leviter rotundatus, basi utrinque subsinuatus, angulis posterioribus retrorsum prominentibus, externe rotundatis, leviter transversim convexus, laevissimus, nigro-piceus, marginibus rufescentibus. Elytra thorace plus sesqui longiora, apicem versus sensim leviter attenuata, angulo apicali exteriore obtusiusculo, secundum marginem lateralem canaliculata, subtilissime parcius punctulata. Abdomen crebre distincteque licet sat subtiliter punctulatum, tenuissime subtilissimeque pubescens, apice piceo-testaceum. Mesosternum subtiliter carinatum. Pedes rufo-testacei.

Obs. *T. humili* proximus, abdomine autem crebre evidenter punctato satis differt.

* 15. *T. depressus*: *Subdepressus, niger, nitidus, capite, thorace elytrisque confertim subtiliter punctatis, his piceo-castaneis, antennarum basi pedibusque testaceis.* — Long. $1\frac{1}{2}$ lin.

Habitat in Columbia, Dom. Moritz.

Corpus parum convexum, nigrum, nitidum. Antennae capite thoraceque paulo longiores, apice vix crassiores, articulo secundo tertioque aequalibus,

sequentibus sensim paulo brevioribus, at vix crassioribus, ultimo oblongo-ovato, apice abrupte acuminato, fusco-nigrae, articulo primo toto, secundo tertioque basi testaceis. Palpi testacei. Caput parum convexum, subtilissime punctulatum. Thorax basi coleopterorum basi vix latior, latitudine plus duplo brevior, antrorsum fortiter angustatus, lateribus leviter rotundatus, basi utrinque leviter sinuatus, angulis posterioribus retrorsum modice prominentibus, acutiusculis, externe rotundatis, parum convexus vel subdepressus, confertim subtiliter punctulatus, margine postico piceo-pellucente. Elytra thorace sesqui longiora, apicem versus sensim subangustata, angulo apicali exteriore subrecto, secundum marginem lateralem longitudinaliter leviter impressa, confertim subtiliter punctulata, piceo-castanea, nitida, lateribus nigra. Abdomen crebre subtiliter punctatum, tenuissime subtilissimeque pubescens, segmentis ultimis duobus apice piceo-castaneis. Mesosternum subtiliter carinatum. Pedes rufo-testacei.

* 16. *T. melanarius*: Parum convexus, niger, nitidus, antennarum basi pedibusque rufo-piceis, capite thoraceque subtilissime punctulatis, elytris confertim subtiliter punctatis. — Long. 1 lin.

Habitat in Bengala, Dom. Hope.

T. gibbulus minor et multo minus convexus, fere subdepressus, niger, nitidus. Antennae capituli thoracisque prope longitudine, apice vix crassiores, articulo secundo tertioque aequalibus, obconicis, sequentibus inter se subaequalibus, leviter compressis, ultimo paulo maiore, subovato, compresso, apice abrupte acuminato, nigricantes, basi piceae. Caput parum convexum, subtilissime punctulatum, oris partibus piceis. Thorax basi coleopterorum basi latitudine aequalis, apice duplo angustior, latitudine baseos duplo brevior, lateribus sat fortiter rotundatus, basi leviter bisinuatus, angulis posterioribus retrorsum leviter prominentibus, acutis, leviter transversim convexus, subtilissime punctulatus, margine baseos summo rufescente. Scutellum subtiliter punctulatum. Elytra thorace plus sesqui longiora, apicem versus sensim subangustata, angulo apicali exteriore oblique truncato, parum convexa, nigra, nitida, confertim subtiliter punctata, secundum marginem lateralem canaliculata, margine apicali summo piceo-rufescente. Abdomen crebre subtiliter punctulatum, segmentis anterioribus apice piceo-marginatis, subtus apice rufo-piceum. Pedes rufo-picei.

* 17. *T. gibbulus*: Convexus, piceo-niger, nitidus, capite thoraceque laevissimis, elytris confertim subtiliter punctatis, ore antennae pedibusque rufis. — Long. 1½ lin.

Habitat in America septentrionali, Dom. Zimmermann. Nomine Tachypori gibbuli etiam a Com. Dejean communicatus.

Corpus convexus, nigrum, nitidum. Antennae capituli thoracisque prope longitudine, apice sensim crassiores, articulo tertio secundo tenuiore et prope brevior, 3—5 obconicis, sensim brevioribus et crassioribus, 6—10 sensim magis transversis, ultimo breviter ovato, apice acuminato, totae rufae. Caput leviter convexus, laevissimum, ore cum palpis rufo-testaceo. Thorax basi coleopterorum basi parum latior, latitudine duplo brevior, antrorsum fortiter angustatus, lateribus fortiter rotundatus, basi utrinque leviter sinuatus,

angulis posterioribus retrorsum modice prominentibus, acutiusculis, externe rotundatis, fortius convexus, laevissimus, margine postico laterali piceo-pellucente. Elytra thorace sesqui longiora, apicem versus sensim subangustata, angulo apicali exteriore subrecto, secundum marginem lateralem longitudinaliter modice impressa, crebrius subtiliter punctata, margine laterali et apicali indeterminate rufo-piceis. Abdomen subtilissime punctulatum, vix pubescens, segmentis singulis margine apicali piceo. Pedes testaceo-rufi.

* 18. *T. rutilus*: Leviter convexus, rufus, nitidus, capite thoraceque laevissimis, elytris parcius subtiliter punctatis. — Long. 1½ lin.

Habitat in Americae ins. Puerto Rico et St. Thomae, in Columbia, Dom. Moritz.

Statura omnino *T. gibbuli*, totus testaceo-rufus, nitidus. Antennae capituli thoracisque prope longitudine, apicem versus leniter crassiores, articulo tertio secundo tenuiore et paulo brevior, 4—10 sensim paulo brevioribus et crassioribus, subobconicis, ultimo crassiore, subovato, apice abrupte acuminato, testaceo, medio fusciscentes. Caput laevissimum. Thorax basi coleopterorum paulo latior, latitudine duplo brevior, antrorsum fortiter angustatus, lateribus modice rotundatus, utrinque leviter sinuatus, angulis posterioribus retrorsum leviter prominentibus, rotundatis, satis convexus, laevissimus. Elytra thorace sesqui longiora, apicem versus sensim leviter angustata, angulo apicali exteriore obtusiusculo, secundum marginem lateralem medio impressa, parcius subtiliter obsoleteque punctata. Abdomen subtiliter punctulatum, tenuissime subtilissimeque pubescens. Mesosternum subtiliter carinatum. Pedes rufo-testacei.

Fam. II.

Mesosternum simplex.

Tarsi antici maris dilatati.

Corpus plerumque maius, magis oblongum et minus convexus. Palpi maxillares articulo ultimo subcylindrico, apice acuminato, saepius penultimo duplo longiore. Mesosternum simplex. Tarsi posteriores articulis duobus primis subaequalibus.

Mas tarsi antici articulis 3 primis dilatatis, abdominis segmento superiore sexto apice 4-dentato, inferiore incisione profunda bifido, lobis acuminatis, saepius compressis, septimo conspicuo, quinto inferiore apice magis minusve emarginato.

Femina tarsi antici simplicibus, abdominis segmento sexto superiore vel trifido vel quadrifido, laciniis lateralibus profundius divisus, inferiore apice 6-fido, laciniis intermediis duabus obtusioribus, apice setulis rigidis fulvis ciliatis, reliquis acuminatis, lateralibus brevioribus, nisi segmento fortiter exserto observandis, intermediis 4 longitudine subaequalibus.

Observationes.

1. Caput, thorax et elytra magis minusve subtiliter, saepius subtilissime punctata, interstitiis nonnunquam omnium subtilissime alutaceis, glaberrima, abdomen omnium subtilissime tenuissimeque pubescens, pube omnium brevissima, apice vix unquam pilosellum. Scutellum mediocre. Elytra lateribus subtiliter marginata, angulo apicali exteriore subrotundato.

2. Dom. Prof. Gravenhorst primo secundum palporum structuram Tachinum a Tachyporo distinxit, dein corporis habitum magis respiciens, Boletobium et Mycetoporum sub hoc nomine coniunxit, quod auctores recentiores generi nostri restituerunt. Habitu generali, coxarum posticarum et ligulae figura magis ad Tachyporum accedit, palporum autem et tarsorum structura facile distinguitur.

3. Victus plerisque in fimo. Europae et Americae septentrionalis regionibus temperatis et frigidis huius sectiones species propriae videntur, intra tropos etiam in Europa australi vix obviae.

* 19. *T. rufipes*: *Convexus, piceo-niger, nitidus, antennarum basi pedibusque rufis, elytris thorace sesqui longioribus, puncto humerali margineque apicali picescentibus.* — Long. 3 lin.

Er. Col. March I. 397. 2.

Staphyl rufipes Degeer *Ins. IV.* 24. 11. t. 1. f. 14. — *Fab. Syst. Ent.* 267. 17. *Spec. Ins. I.* 337. 22. *Mant. Ins.* 222. 31. — *Payk. Mon. Staph.* 75. 53. *Faun. Suec. III.* 418. 65. — *Walk. Faun. Paris.* I. 273. 20.

Staph. rufipes Schrank *Fauna Boica* I. 644. 874. (*forte*)

Oxyporus rufipes *Fab. Ent. Syst. I. II.* 235. 21. *Syst. El. II.* 607. 21. — *Cederh. Faun. Ingr.* 121. 372. — *Panz. Ent. Germ.* 361. 16.

Oxyporus rufipes *Panz. Faun. Germ.* 27. 20. (*male*)

Tachinus pullus *Grav. Micr.* 140. 6. — *Latr. Hist. nat. Crust. et Ins. IX.* 395. 6. — *Gyll. Ins. Suec. II.* 262. 10. *IV.* 472. 10. — *Zetterst. Faun. Lappon. I.* 62. 4. *Ins. Lappon.* 57. 4. — *Sahlb. Ins. Fenn. I.* 299. 8. — *Mannerh. Brachelytr.* 61. 8.

Tachyporus pullus *Grav. Mon.* 16. 30.

Tachinus signatus *Grav. Micr.* 139. 5. — *Latr. Hist. nat. Crust. et Ins. IX.* 395. 5. — *Boisd. et Lacord. Faun. Ent. Paris.* I. 508. 3.

Tachyporus signatus *Grav. Mon.* 17. 32.

Var. a: Thoracis limbo laterali elytrisque castaneo-testaceis, his dorso subinfuscatis. (Minus maturus.)

Tachinus laticollis *Gyll. Ins. Suec. IV.* 471. 5—6. — *Sahlb. Ins. Fenn.* 297. 4. — *Mannerh. Brachelytr.* 61. 5. (*forte*)

Var. b: Rufo-testaceus, capite thoracisque disco fusco-piceis. (Immaturo.)

Tachinus pallens *Gyll. Ins. Suec. II.* 259. 7. — *Sahlb. Ins. Fenn. I.* 298. 6.

Habitat in Europa.

Piceo-niger, nitidus. Antennae capite thoraceque paulo longiores, graciles, apice vix crassiores, articulo tertio secundo paululum longiore, 5—10 elongato-obconicis, subaequalibus, ultimo oblongo-ovato, subacuminato, apice compresso, nigri-picei, articulo primo rufo-testaceo, sequentibus tribus rufo-piceis. Palpi rufo-picei. Caput convexum, omnium subtilissime punctulatum, ore concolore. Thorax coleopteris latior, latitudine baseos quarta parte brevior, antrorsum modice angustatus, apice profundius emarginatus, lateribus fortiter rotundatus, basi truncatus, angulis anterioribus modice prominentibus posterioribusque obtusis, subrotundatis, convexus, omnium subtilissime punctulatus, niger, nitidus, margine summo laterali saepe piceo. Scutellum parce punctatum, nigrum. Elytra thorace vix sesqui longiora, confertissime subtilissimeque alutaceo-strigosa, subtiliter vage punctulata, nigro-picea, puncto humerali margineque summo apicali dilutioribus. Abdomen distinctius licet subtiliter crebrius punctatum, pube brevissima subtilissimaque

adpersum, nigrum, segmentis singulis margine summo apicali rufo-piceo. Pedes rufi.

Mas abdominis segmento superiore sexto quadridentato, dentibus acutis, fere spiniformibus, intermediis magis prominentibus, segmentis inferioribus 3—5 subimpressis, quinto apice leviter triangulariter emarginato, margine intra sinum spongioso, sexto bifido, laciniis vix elongatis, compressis, leviter curvatis, acuminatis.

Femina abdominis segmento superiore sexto trifido, laciniis intermediis longioribus, spiniformibus, intermedio lato apice lanceolato-acuminato.

Obs. *T. pallens* Gyllenh. secundum exemplum a Dom. Schüppel communicatum, ab autore ipso missum, ad *T. humeralem* quidem pertineat, licet speciminibus genuinis minor, descriptio Gyllenhali autem potius huic speciei adaptanda mihi videtur, praecipue ob caput et thoracem multo subtilius punctata.

* 20. *T. flavipes*: *Piceo-niger, pedibus elytrisque brunneo-ferrugineis, his thorace sesqui longioribus, dorso plerumque infuscatis, antennis basi nigricantibus.* — Long. 3 lin.

Er. Col. March I. 398. 3.

Oxyporus flavipes *Fab. Syst. Ent.* 268. 3. *Spec. Ins. I.* 339. 5. *Mant. Ins. I.* 222. 6. *Ent. Syst. I. II.* 534. 14. *Syst. El. II.* 606. 13. — *Panz. Ent. Germ.* 360. 11. *Staphyl rufipes* *Marsh. Ent. Britt.* 518. 60.

Tachinus rufipes *Grav. Micr.* 137. 4. — *Latr. Hist. nat. Crust. et Ins. IX.* 294. 4. *Gen. Crust. et Ins. I.* 299. 1. — *Gyll. Ins. Suec. II.* 260. 9. — *Zetterst. Faun. Lappon. I.* 62. 3. *Ins. Lappon.* 57. 3. — *Sahlb. Ins. Fenn. I.* 298. 7. — *Mannerh. Brachelytr.* 61. 7. — *Boisd. et Lacord. Faun. Ent. Paris.* I. 507. 2. — *Runde Brachelytr. Hal.* 26. 3.

Tachyporus rufipes *Grav. Mon.* 17. 15.

Var. Thoracis limbo laterali latiore castaneo-testaceo.

Tachinus castaneus *Grav. Micr.* 140. 7. — *Latr. Hist. nat. Crust. et Ins. IX.* 395. 7.

Tachyporus fimetarius *var. Grav. Mon. p. 15.*

Tachyporus rufipes? *Grav. Mon. p. 18.*

Tachinus dubius *Gyll. Ins. Suec. II.* 258. 6. — *Sahlb. Ins. Fenn. I.* 298. 5. — *Mannerh. Brachelytr.* 61. 6. — *Runde Brachelytr. Hal.* 25. 2.

Habitat in Europa.

Statura fere *T. rufipedis*, at minus convexus. Antennae capitis thoracisque longitudine, apice paulo crassiores, articulo tertio secundo paulo longiore, 5—10 subobconicis, sensim paululum brevioribus, penultimis crassitie subbrevioribus, ultimo breviter ovato, apice compresso, piceae, basi nigricantes. Palpi nigro-picei. Caput confertim subtiliter punctulatum, nigrum, ore concolore. Thorax coleopteris vix latior, latitudine baseos tertia parte brevior, antrorsum leviter angustatus, apice late et parum profunde emarginatus, basi truncatus, angulis anterioribus leviter prominentibus posterioribusque rotundatis, parum convexus, confertim subtiliter punctatus, nitidus, niger, limbo tenui basali laterali testaceo. Scutellum piceum, subtiliter punctulatum. Elytra thorace plus sesqui longiora, confertim subtiliter punctata, castaneo-testacea, dorso magis minusve infuscato, praecipue in femina. Abdomen minus confertim subtiliter punctatum, pube brevissima subtilissimaque adpersum, nigrum, nitidum, segmentis singulis margine summo apicali

piceo-testaceo. Pectus nigrum. Pedes rufo-testacei, femoribus basi nonnunquam picescentibus.

Mas abdominis segmento superiore sexto quadridentato, dentibus acutiusculis, intermediis multo magis prominentibus; segmento inferiore quinto apice leviter emarginato, margine intra sinum spongioso, sexto profunde inciso, laciniis triangularibus, acuminatis.

Femina abdominis segmento superiore sexto trifido, laciniis longitudine aequalibus, lateralibus spiniformibus, intermedia latiore, sensim angustata, acute acuminata.

Variat thoracis limbo laterali latius testaceo, elytris dorso haud aut parum infuscatis. Feminae semper obscuriores.

Obs. 1. Differt a *T. rufipede* antennis basi nigricantibus, statura minus convexa, capite, thorace elytrisque distinctius punctatis.

2. *Tachinus intricatus* Sahlb. *Ins. Fenn. I. 300. 9.* absque dubio ad hanc speciem pertinet: elytrorum sculptura „punctis in lineolas confuse intricatas aliquatenus ordinatis” certe fortuita.

* 21. *T. frigidus*: *Niger, nitidus, antennarum basi, palpis, pedibus thoracisque limbo laterali rufo-ferrugineis, elytris thorace sesqui longioribus, piceis, puncto humerali margineque apicali ferrugineis.* — *Long. 2½ lin.*

Habitat in ins. Unalashka, Dom. v. Chamisso.

Niger, nitidus. Antennae capitis thoracisque longitudine, apicem versus sensim leviter incrassatae, articulo tertio secundo paulo longiore, 5—10 subobconicis, sensim paulo brevioribus et crassioribus, ultimo ovali, acuminato, apice compresso, fuscae, basi rufae, articulo primo dilutiore. Palpi toti rufo-testacei. Caput subtiliter punctulatum. Thorax coleopterorum latitudine, latitudine baseos dimidio brevior, antrorsum leviter angustatus, apice profundius emarginatus, lateribus rotundatus, basi truncatus, angulis anterioribus leviter prominentibus posterioribusque subrotundatis, modice convexus, confertim subtiliter punctatus, margine postico tenui lateralique latiore testaceo. Scutellum subtilissime punctulatum, nigrum. Elytra thorace sesqui longiora, dense subtilius punctata, vel nigro-vel rufo-picea, puncto humerali margineque apicali ferrugineis. Abdomen distinctius punctatum, pube parca subtilissima brevissimaque adpersum, ano subtus rufo-piceo. Pedes testacei.

Mas abdominis segmento superiore sexto quadridentato, dentibus acutiusculis, intermediis fortiter prominentibus; segmentis inferioribus 3—5 subimpressis, quinto apice leviter emarginato, margine intra sinum spongioso, sexto bifido, laciniis minus elongatis, compressis, modice curvatis, acuminatis.

Femina latet.

Obs. Affinis *T. pallipedi*, *rufipedi* et *flavipedi*, ab hoc antennis basi rufis, ab illis statura minus convexa et capite thoraceque crebre evidentius punctatis distinctus.

* 22. *T. humeralis*: *Niger, nitidus, antennarum basi, pedibus thoracisque limbo rufo-ferrugineis, elytris thorace plus sesqui longioribus, rufo-ferrugineis, dorso magis minusve fusciscentibus.* — *Long. 3¼ lin.*

Grav. Micr. 130. 3. var. 2. 3. — *Latr. Hist. nat. Crust. et Ins. IX. 394. 3.*

— *Zetterst. Faun. Lappon. I. 62. 2. Ins. Lappon. 56. 2.* — *Sahlb. Ins. Fenn. I. 296. 3.* — *Mannerh. Brachelytr. 61. 4.* — *Boisd. et Lacord. Faun. Ent. Paris. I. 507. 1.* — *Runde Brachelytr. Hal. 25. 1.*

Tachyporus humeralis Grav. *Mon. 19. 36.*

Tachinus humeralis var. b Gyll. *Ins. Suec. II. 257. 5.*

Staphyl. cinctus Marsh. *Ent. Britt. 519. 61.*

Habitat in Europa.

T. rufipede maior, latior et minus convexus. Antennae capite thorace paulo longiores, apice parum crassiores, articulo tertio secundo paulo longiore, 5—10 aequalibus, obconicis, ultimo fusiformi, nigro-fuscae, basi rufae. Palpi rufi. Caput crebre subtiliter punctatum, nigrum, nitidum. Thorax coleopteris vix latior, latitudine baseos dimidio brevior, antrorsum modice angustatus, apice minus profunde emarginatus, lateribus rotundatus, basi utrinque subsinuatus, angulis anterioribus leviter prominentibus posterioribusque subrotundatis, leviter convexus, crebre subtiliter punctatus, nitidus, disco nigro, limbo antico posticoque angustioribus lateralique latiore rufo-ferrugineis. Elytra thorace duplo prope longiora, confertim subtiliter punctata, nitidula, ferruginea, dorso magis minusve infuscata. Abdomen crebre distinctius punctatum, pube subtilissima brevissimaque parcius adpersum, nigrum, nitidum, segmentis singulis margine postico piceo. Pectus nigrum, nitidum. Pedes dilute rufi.

Mas abdominis segmento superiore sexto quadridentato, dentibus omnibus obtusis, subrotundatis, intermediis magis prominentibus; segmento inferiore quinto medio late impresso, apice emarginato, margine intra sinum retuso et spongioso, sexto bifido, laciniis modice elongatis, compressis, acuminatis, parum curvatis.

Femina abdominis segmento superiore sexto trifido, laciniis lateralibus paulo longioribus, spiniformibus, intermedia lata, apice triangulariter acuminata.

* 23 *T. picipes*: *Piceo-niger, nitidus, ore antennarumque basi rufis, pedibus piceis, elytris thorace sesqui longioribus.* — *Long. 3½ lin.*

Habitat in America septentrionali, Dom. Zimmermann.

Habitu omnino *T. rufipedis*, at duplo maior, *T. simbriati* minoribus individuis aequalis, piceo-niger, nitidus, capite, thorace, scutello elytrisque omnium confertissime subtilissimeque alutaceo-strigosis. Antennae capite thoraceque paulo breviores, crassiusculae, articulo tertio secundo duplo prope longiore, 5—10 crassioribus, crassitie aequalibus, sensim paulo brevioribus, penultimis fere transversis, ultimo ovato, apice compresso, nigrae, articulis 4 primis rufis, ultimo ferrugineo. Caput subtilissime punctulatum, ore rufo. Thorax coleopterorum latitudine, latitudine baseos tertia parte brevior, antrorsum modice angustatus, apice minus profunde emarginatus, lateribus modice rotundatus, basi utrinque leviter sinuatus, angulis anterioribus leviter prominentibus, subrotundatis, posterioribus subrectis, modice convexus, minus confertim subtilissime punctulatus, margines versus nonnunquam picescens. Scutellum piceum, laeve. Elytra thorace plus sesqui longiora, vage subtiliter punctata. Abdomen crebre subtiliter punctatum. Pedes picei, antici rufescentes, posteriores nigricantes.

Mas abdominis segmento superiore sexto quadridentato, dentibus lateralibus obtusiusculis, intermediis parum magis prominentibus, acutis; segmento inferiore quinto late at parum profunde triangulariter impresso, apice emarginato et utrinque obtuse bidentato, sexto bifido, laciniis modice elongatis, gracilioribus, compressis, leviter curvatis, acuminatis.

Femina abdominis segmento superiore sexto quadrifido, laciniis longitudine aequalibus, acuminatis, intermediis vix ad segmenti medium usque divisis.

Variat immaturus corpore testaceo, capite obscuriore.

* 24. *T. memnonius*: Nigro-piceus, opacus, ore, antennarum basi pedibusque rufis, thoracis limbo elytrorumque puncto humerali rufo-piceis, his thorace plus sesqui longioribus. — Long. 3 lin.

Tachinus memnonius Grav. Micr. 192. 3. (Mas)

Tachyporus memnonius Grav. Mon. 17. 31.

Tachinus batychnus Grav. Micr. 191. 1. (Fem.)

Tachyporus batychnus Grav. Mon. 20. 37.

Habitat in America septentrionali.

Statura omnino *T. flavipedis*, nigro- aut fusco-piceus, opacus, capite, thorace, scutello elytrisque omnium confertissime subtilissimeque alutaceo-strigosis. Antennae capitis thoracisque prope longitudine, extrorsum paululum crassiores, articulo tercio secundo paulo longiore, 5—10 longitudine subaequalibus, at sensim paululum crassioribus, obconicis, ultimo subovato, apice acuminato, fuscae, articulis 4 primis rufis. Caput impunctatum, nigrum, ore late rufo. Thorax coleopteris vix latior, latitudine baseos dimidio brevior, antrorsum modice angustatus, apice leviter emarginatus, lateribus rotundatus, basi truncatus, angulis anterioribus leviter prominentibus, rotundatis, posterioribus obtusis, subrotundatis, parum convexus, parce obsoleteque subtilissime punctatus, margine omni piceo-rufescente. Elytra thorace duplo prope longiora, subtilissime vage punctata, opaca, macula maiore minoreve humerali, saepe obsoleta, margineque summo apicali rufo-piceis. Abdomen distinctius crebre punctatum, parce subtilissime brevissimeque pubescens, segmentis singulis margine postico piceo-rufescente. Pedes testaceo-rufi.

Mas abdominis segmento superiore sexto acute quadridentato, dentibus intermediis longioribus et magis prominentibus; segmento inferiore quinto late triangulariter impresso, impressione spongiosa, apice late profundius emarginato, intra sinum utrinque setis rigidis densis vel contiguis, deorsum curvatis, ciliato, sexto bifido, laciniis elongatis, validis, compressis, curvatis, acuminatis.

Femina abdominis segmento superiore sexto trifido, laciniis lateralibus paulo longioribus, linearibus, intermedia latiore, canaliculata, apice bifida, laciniis valde acuminatis.

* 25. *T. fimbriatus*: Niger, nitidus, pedibus piceis, ore antennarumque basi rufis, elytris substriato-punctatis, castaneis, apice nigro-marginatis. — Long. 4 lin.

Grav. Micr. 191. 2. — Mannerh. Brachelytr. 60. 1.

Tachyporus fimbriatus Grav. Mon. 17. 34.

Habitat in America septentrionali.

Habitu omnino *T. humeralis*, at duplo maior, niger, nitidus. Antennae capitis thoracisque prope longitudine, articulo tercio secundo plus sesqui longiore, 5—10 aequalibus, subobconicis, crassitie haud brevioribus, ultimo subovato, apice compresso, nigricantes, articulis 4 primis rufis, ultimo apice ferrugineo. Caput subtiliter punctulatum, interstitiis confertissime subtiliter alutaceis, ore rufo, mandibulis piceis. Thorax coleoptera latitudine vix superans, latitudine baseos tertia parte brevior, antrorsum leviter angustatus, basi leviter emarginatus, lateribus modice rotundatus, basi utrinque leviter sinuatus, angulis anterioribus parum antrorsum prominentibus posterioribusque obtusis, modice convexus, confertissime subtilissimeque alutaceus, vage subtilissime obsoleteque punctulatus. Elytra thorace sesqui longiora, subtilissime confertissimeque alutacea, distincte subseriatim punctata, dilute castanea, nitida, margine apicali nigricante. Abdomen crebre distinctius punctatum. Pedes rufo-picei, femoribus obscurioribus.

Mas abdominis segmento superiore sexto quadridentato, dentibus omnibus acutis, intermediis magis prominentibus segmento inferiore quinto apice profundius emarginato, sexto bifido, laciniis longioribus, validis, compressis, parum curvatis, acuminatis.

Femina abdominis segmento superiore sexto trifido, laciniis lateralibus spiniformibus, intermedia his breviora, apice acute emarginata, bicuspi.

Variat minus maturus thoracis margine laterali rufescente, elytris apice concoloribus, vel totus dilute castaneus, fronte nigricante.

* 26. *T. subterraneus*: Niger, nitidus, antennarum basi elytrorumque macula humerali oblonga rufo-testaceis, pedibus piceis. — Long. 3 lin.

Grav. Micr. 135. 1. — Latr. Hist. nat. Crust. et Ins. IX. 393. 1. — Gyll. Ins. Suec. II. 252. 2. — Sahlb. Ins. Fenn. I. 295. 1. — Mannerh. Brachelytr. 60. 2. — Boisd. et Lacord. Faun. Ent. Paris. I. 510. 6.

Staph. subterraneus Linn. Faun. Suec. n. 849. Syst. Nat. I. II. 684. 12. — Müll. Prodr. 98. 1111. — Goeze Ent. Beitr. I. 719. 12. — De Vill. Ent. I. 414. 12. — Payk. Mon. Staph. 73. 52. Faun. Suec. III. 420. 66. — Marsh. Ent. Brit. 518. 59.

Oxyporus subterraneus Fab. Ent. Syst. I. II. 532. 4. Syst. El. II. 605. 4.

Tachyporus subterraneus Grav. Mon. 21. 40.

Var. Thoracis lateribus elytris rufo-testaceis, his sutura margineque apicali nigris.

Oxyporus marginatus Fab. Ent. Syst. I. II. 532. 6. Syst. El. II. 605. 6.

Tachinus marginatus Gyll. Ins. Suec. II. 255. 4.

Tachyporus bicolor Grav. Mon. 17. 33.

Tachinus biplagiatus Boisd. et Lacord. Faun. Ent. Paris. I. 511. 7.

Staphyl. latus Marsh. Ent. Brit. 524. 76.

Habitat in Europa.

Corpus parum convexum, nigrum, nitidum. Antennae capitis thoracisque longitudine, articulo secundo tertioque subaequalibus, 5—10 subobconicis, inter se aequalibus, ultimo oblongo-ovato, cinereo-pubescentes, nigricantes, articulis 4 primis rufo-testaceis, glabris. Palpi rufo-picei. Caput crebre subtiliter punctulatum, ore concolore. Thorax basi coleopterorum latitudine, latitudine baseos dimidio brevior, antrorsum leviter angustatus,

apice profundius emarginatus, angulis anterioribus subrotundatis, lateribus rotundatus, basi recte truncatus, angulis posterioribus obtusiusculis, leviter convexus, subtilissime alutaceus, crebre subtiliter punctulatus, margine laterali saepe rufescente. Elytra thorace duplo longiora, subtilissime alutacea, subtiliter punctulata, macula magna oblonga, prope marginem anteriorem ab humero ultra medium descendente, satis determinata, rufo-testacea. Abdomen crebre profundius punctulatum, segmentis singulis margine apicali rufo-piceis. Pedes iam rufo-, iam fusco-piceis.

Mas abdominis segmento superiore sexto apice quadridentato, dentibus omnibus obtusis, intermediis magis prominentibus; segmento inferiore quinto apice emarginato, utrinque spina valida, apice bifida, lacinia inferiore muricata, armata, intra sinum late impresso, sexto bifido, lacinis validis, compressis, deorsum curvatis, acuminatis.

Femina abdominis segmento superiore sexto apice quadridentato, lacinis lateralibus validis, linearibus, intermediis his multo brevioribus et tenuioribus, spiniformibus.

Variat elytrorum macula dilatata: nonnunquam elytra tota rufo-testacea, sutura margineque laterali exceptis.

* 27. *T. bipustulatus*: *Nigro-piceus, antennis, pedibus, thoracis limbo maculaque transversali baseos elytrorum rufis.* — Long. 3 lin.

Grav. Micr. 135. 2. — *Latr. Hist. nat. Crust. et Ins.* IX. 334. 2. — *Gyll. Ins. Suec.* II. 254. 3. — *Mannerh. Brachelytr.* 61. 3.

Oxyporus bipustulatus *Fab. Ent. Syst. I. II.* 533. 9. *Syst. El. II.* 606. 9. — *Panz. Faun. Germ.* 16. 21. *Ent. Germ.* 369. 5. — *Cederh. Faun. Ingr.* 120. 370.

Tachyporus bipustulatus *Grav. Mon.* 21. 39.

Staph. subterraneus *var. Payk. Faun. Suec. III.* 420. 66. not.

Habitat in Europa.

Corpus modice convexus, nigro-piceum, nitidum. Antennae capite thoraceque breviores, extrorsum crassiores, articulo tertio secundo paulo longiore, articulis 5 — 10 sensim paululum brevioribus, ultimo ovato, compresso, totae rufae. Palpi rufi. Caput subtilissime punctulatum, fronte utrinque leviter impressa, nigrum, ore concolore. Thorax basi coleoptera latitudine vix superans, latitudine baseos paulo brevior, apice emarginatus, lateribus rotundatus, basi utrinque subsinuatus, angulis anterioribus antrorsum leviter prominentibus posterioribusque rotundatis, modice convexus, omnium subtilissime confertissimeque alutaceus, crebre subtilissime punctulatus, nigro-piceus, limbo omni indeterminate rufescente. Elytra thorace plus sesqui longiora, confertissime subtilissimeque alutacea, crebre subtiliter punctata, nigro-picea, macula magna basali transversa indeterminata rufa. Abdomen distinctius crebreque punctatum, pube subtili brevissima cinerea adpersum, segmentis omnibus margine postico rufo-piceis. Pedes rufi.

Mas abdominis segmento superiore sexto quadridentato, dentibus acutiusculis, intermediis multo magis prominentibus; segmento inferiore quinto apice late profundius emarginato, sexto bifido, lacinis breviusculis, validis, compressis, leviter curvatis, acutiusculis.

Femina abdominis segmento superiore sexto quadridentato, lacinis late-

ralibus validioribus, linearibus, intermediis his parum brevioribus, tenuibus, spiniformibus, acutis, inter se ad segmenti medium usque divisis.

Obs. *Oxyporus bipustulatus* *Fab.* potius ad *Conurum bipustulatum* quam ad hanc speciem pertinere autumat *Gyllenhal.* (*Ins. Suec. II.* p. 225.) Equidem autem insectum modo descriptum sub hoc nomine in collectione *Fabriciana* vidi, quare hoc synonymum indubie attuli.

* 28. *T. pallipes*: *Niger, nitidus, antennarum basi, pedibus thoracisque limbo laterali rufo-ferrugineis, elytris thorace paulo longioribus, nigropiceis, puncto humerali margineque apicali rufescentibus.* — Long. 3 lin.

Boisd. et Lacord. Faun. Ent. Paris. I. 508. 4.

Tachyporus pallipes *Grav. Mon.* 20. 38.

Tachinus humeralis *var. 1 Grav. Micr.* 130. 3.

Tachinus humeralis *var. a Gyll. Ins. Suec. II.* 256. 5.

Habitat Lutetiae et in Hercyniae, Austriae Uralensibusque montibus.

Statura omnino *T. rufipedis*, niger, nitidus. Antennae capite thoraceque paulo longiores, apice paulo crassiores, articulo tertio secundo paulo longiore, 5 — 10 subobconicis, sensim paulo brevioribus et crassioribus, ultimo subovato, articulo primo rufo-testaceo, reliquis piceis. Palpi picei, basi testacei. Caput omnium subtilissime punctulatum, ore concolore. Thorax coleopteris vix latior, latitudine baseos tertia parte brevior, antrorsum leviter angustatus, apice late emarginatus, lateribus rotundatus, basi truncatus, angulis anterioribus leviter prominentibus posterioribusque rotundatis, convexus, omnium subtilissime punctatus, margine anteriore posterioreque tenui obscurius, laterali latiore distinctoque testaceis. Scutellum parvum, laeve, nigro-piceum. Elytra thorace sesqui longiora, subtiliter punctulata, nigro-picea, nitida, puncto humerali margineque apicali dilutioribus, rufo-piceis. Abdomen distinctius licet subtiliter punctatum, pube brevissima subtilissimaque adpersum. Pedes rufo-testacei.

Mas abdominis segmento superiore sexto acute quadridentato, dentibus intermediis multo magis prominentibus; segmentis inferioribus 3 — 5 medio leviter impressis, quinto apice late at minus profunde emarginato, sexto bifido, lacinis minus elongatis, parum curvatis, apice compressis, acuminatis.

Femina abdominis segmento superiore sexto quadridentato, lacinis acuminatis, spiniformibus, intermediis acutissimis, ad segmenti medium usque divisis.

Variat elytrorum macula basali transversali indeterminata testacea, pedibus pallidioribus, et minus maturus elytris ferrugineis, dorso posterioribus infuscato.

Obs. 1. Ab affinis facile distinguitur femina segmento abdominis subquadridentato.

2. A *Gyllenhalio* cum *T. humeralis* mare confusus, quod ex eius descriptione patet: exemplum etiam femineum *T. pallipedis* pro *T. humeralis* mare a *Schönherro* missum in collectione *Dom. Prof. Germar* exstat.

* 29. *T. axillaris*: *Piceo-niger, nitidus, antennarum basi, pedibus thoracisque limbo rufo-testaceis, elytris thorace sesqui longioribus, macula humerali summoque margine apicali rufis.* — Long. 2½ lin.

Habitat in America septentrionali, *Dom. Zimmermann.*

Statura omnino *T. flavipedis*, at paulo minor, piceo-niger, nitidus. Antennae capite thoraceque fere longiores, apice paulo crassiores, articulo tertio secundo sesqui longiore, 5 — 10 crassioribus, subobconicis, inter se subaequalibus, ultimo oblongo-ovato, compresso, nigrae, articulis duobus primis rufis. Palpi nigro-picei. Caput omnium subtilissime punctulatum, ore concolore. Thorax coleopterorum latitudine, latitudine baseos dimidio brevior, antrorsum leviter angustatus, apice leviter emarginatus, lateribus rotundatus, basi truncatus, angulis anterioribus parum prominentibus posterioribusque rotundatis, leviter convexus, omnium subtilissime alutaceus, crebre subtilissime punctatus, margine basali apicalique tenui lateralique latiore castaneo-testaceo. Scutellum piceum. Elytra thorace sesqui longiora, omnium subtilissime alutacea, crebre subtiliter punctata, nigro-vel brunneo-picea, macula humerali indeterminata, saepius per totam basin extensa, margineque summo apicali rufis. Abdomen crebre subtilius punctatum, segmentis singulis margine postico rufo. Pedes rufi.

Mas abdominis segmento superiore sexto quadridentato, dentibus lateralibus acutiusculis, intermediis valde prominentibus, acutis, prope spiniformibus; segmento inferiore quarto leviter triangulariter impresso, quinto apice late profundius emarginato, secundum totam longitudinem late et parum profunde impresso, sexto bifido, laciniis longioribus validioribusque, leviter curvatis, acuminatis.

Femina abdominis segmento superiore sexto quadrifido, laciniis omnibus aequalibus, spiniformibus.

* 30. *T. basalis*: Niger, nitidus, antennarum basi pedibusque rufis, elytris thorace paulo longioribus, basi rufis. — Long. $2\frac{1}{2}$ lin.

Habitat in montibus Uralensibus, Dom. Prof. Eversmann.

Statura fere *T. marginelli* et maioribus eius individuis aequalis, niger, nitidus. Antennae capitis thoracisque longitudine, extrorsum crassiores, articulis 2 et 3 aequalibus, 5—10 leviter obconicis, sensim paulo brevioribus et crassioribus, ultimo crassiusculo, ovato, piceae, articulis 4 primis rufotestaceis. Palpi rufi-picei. Caput laeve, parce omnium subtilissime punctulatum, ore concolore. Thorax coleopteris paulo latior, latitudine dimidio brevior, apice leviter emarginatus, lateribus rotundatus, basi truncatus, angulis anterioribus leviter prominentibus, obtusiusculis, posterioribus rotundatis, leviter convexus, parcius obsolete subtiliterque punctatus. Scutellum piceum. Elytra thorace longiora, fortius crebre punctata, nitida, fusco-picea, basi indeterminate castaneo-rufa. Abdomen parce subtiliter punctatum, nigrum, nitidum, segmentis singulis margine apicali rufo-piceo. Pedes dilute rufi.

Mas abdominis segmento superiore sexto quadridentato, dentibus omnibus acutiusculis, intermediis multo magis productis, approximatis; segmento inferiore quinto late leviter emarginato, sexto profunde inciso, laciniis acuminatis, externe unidentatis.

Femina latet.

* 31. *T. marginellus*: Nigro-piceus, nitidus, antennarum basi, pedibus, thoracisque limbo castaneo-testaceis, elytris thorace sesqui longioribus, nigro-piceis, vitta intramarginali margineque apicali dilutioribus. — Long. $1\frac{1}{2}$ — 2 lin.

Grav. Micr. 143. 14. — Latr. Hist. nat. Crust. et Ins. IX. 397. 14. — Gyll. Ins. Suec. II. 265. 12. — Zetterst. Faun. Lappon. I. 63. 6. Ins. Lappon. 57. 6. — Sahlb. Ins. Fenn. I. 301. 11. — Mannerh. Brachelytr. 62. 11. — Boisd. et Lacord. Faun. Ent. Paris. I. 512. 9. — Runde Brachelytr. Hal. 26. 5. — Er. Col. March. I. 399. 5.

Staphyl. marginellus Fab. Spec. Ins. I. 337. 20. Mant. Ins. I. 221. 27.

Oxyporus marginellus Fab. Ent. Syst. I. II. 536. 23. Syst. El. II. 607. 23. — Panz. Faun. Germ. 9. 13. Ent. Germ. 361. 18.

Tachyporus marginellus Grav. Mon. 13. 27.

Tachinus laticollis Grav. Micr. 141. 10. — Latr. Hist. nat. Crust. et Ins. IX. 396. 10. — Boisd. et Lacord. Faun. Ent. Paris. I. 509. 5.

Tachyporus laticollis Grav. Mon. 15. 29.

Staphyl. laevigatus Marsh. Ent. Britt. 519. 62.

Tachinus intermedius Mannerh. Brachelytr. 62. 9.

Staphyl. rufipes var. β Payk. Mon. Staph. 76. 53.

Staphyl. rufipes var. 2 Payk. Faun. Suec. III. 419. 65.

Staphyl. rufipes var. 1 Walk. Faun. Paris. I. 273. 20.

Staphyl. marginatus Fourcr. Ent. Par. I. 169. 18.

Le Staph. à étuis bordés de jaune Geoffr. Hist. Ins. I. 168. 19.

Var. Testaceus, capite thoracisque disco fuscis (immaturus).

Tachinus immaturus Grav. Micr. 142. 12. — Latr. Hist. nat. Crust. et Ins. IX. 396. 12.

Tachyporus immaturus Grav. 13. 25.

Habitat in Europa.

Habitu omnino rufipedis, at triplo fere minor. Antennae capite thoraceque paulo longiores, apice parum crassiores, articulo tertio secundo perparum longiore, 5 — 10 subobconicis, sensim paulo brevioribus, ultimo oblongo, subovato, nigro-piceae, basi rufae, articulo primo rufo-testaceo. Palpi picei. Caput subtilissime punctulatum, nigrum, nitidum, ore concolore. Thorax coleopteris paulo latior, latitudine baseos tertia parte brevior, antrorsum modice angustatus, apice profundius emarginatus, lateribus fortius rotundatus, basi truncatus, angulis anterioribus modice prominentibus posterioribusque obtusis, convexus, dense subtiliter punctatus, niger, nitidus, limbo laterali latiore posticoque tenui testaceis. Scutellum nigrum, subtilissime punctulatum. Elytra thorace sesqui longiora, dense minus subtiliter punctata, obscure brunneo-picea, vitta intramarginali, interdum obsoleta, margineque apicali testaceis. Abdomen minus dense subtiliter punctatum, pubes subtilissima grisea adpersum, piceo-nigrum, nitidum, segmentis singulis margine postico rufo-piceo. Pedes rufo-testacei.

Mas abdominis segmento superiore sexto quadridentato, dentibus omnibus valde acutis, intermediis paulo magis prominentibus; segmento inferiore quinto apice profunde sinuato, margine intra sinum late spongioso, sexto profundo inciso, laciniis triangularibus, apice fortiter acuminatis seu mucronatis.

Femina abdominis segmento superiore sexto quadrifido, laciniis omnibus spiniformibus, acuminatis, intermediis paulo brevioribus tenuioribusque.

Obs. *Oxyp. marginellus* Panz., a Gravenhorstio ad *T. humeralem* relatus, ob magnitudinem minorem potius ad hanc speciem pertinere videtur, et quidem ad individua obscuriora, elytrorum vitta intramarginali obsoleta. *T. laticollis* nonnisi statura paulo maiore, thorace lateribus magis rotundato eiusque limbo laterali minus determinato a *T. marginello* genuino differt.

* 32. *T. fimetarius*: *Niger, nitidus, pedibus, thoracis limbo elytrisque castaneo-testaceis, his dorso plerumque infuscatis, antennis nigris.* — Long. 2 lin.

Grav. Micr. 141. 9. — *Latr. Hist. nat. Crust. et Ins.* IX. 396. 9. — *Gyll. Ins. Suec. II.* 263. 11. — *Zetterst. Faun. Lappon. I.* 63. 5. *Ins. Lappon.* 57. 5. — *Sahlb. Ins. Fenn. I.* 300. 10. — *Mannerh. Brachelytr.* 62. 10. — *Boisd. et Lacord. Faun. Ent. Paris. I.* 511. 8. — *Runde Brachelytr. Hal.* 26. 4. — *Er. Col. Murch. I.* 398. 4.

Tachyporus fimetarius *Grav. Mon.* 14. 28.

Tachinus sordidus *Grav. Micr.* 141. 8. — *Latr. Hist. nat. Crust. et Ins.* IX. 395. 8.

Staphyl. fuscipes *Panz. Ent. Germ.* 356. 28. *Faun. Germ.* 27. 12.

Spec. intermed. inter T. laticollem et fimetarium: Grav. Mon. p. 15.

Habitat in Europa.

Habitu omnino *T. flavipedis*, at duplo minor. Antennae capituli thoracisque longitudine, apice vix crassiores, articulo tertio secundo paulo longiore, 5—10 elongato-obconicis, subaequalibus, ultimo elongato, fusiformi, acuminato, totae nigrae. Palpi nigro-picei. Caput laeve, nigrum, nitidum, ore concolore. Thorax coleopterorum latitudine, latitudine baseos quarta fere parte brevior, antrorsum modice angustatus, apice leviter emarginatus, lateribus rotundatus, basi truncatus, angulis anterioribus parum prominentibus posterioribusque rotundatis, leviter transversim convexus, laevis, niger, nitidus, limbo antico posticoque tenuibus lateralique latiore castaneo-testaceis. Scutellum piceum, laeve. Elytra thorace plus sesqui longiora, parce subtiliter punctulata, castaneo-testacea, nitidula, dorso magis minusve infuscata. Abdomen nigrum, nitidum, parcius subtiliter punctulatum, pube parca brevissima subtilissimaque adpersum. Pectus nigrum, nitidum. Pedes testacei.

Mas abdominis segmento superiore sexto quadridentato, dentibus longitudine subaequalibus, acutis, lateralibus fere spiniformibus; segmento inferiore quinto apice medio profunde sinuato, sinu utrinque denticulo acuto terminato, sexto profunde inciso, laciniis triangularibus, fortiter acuminatis.

Femina abdominis segmento superiore sexto apice quadridentato, laciniis subaequalibus, fortiter acuminatis.

Obs. *T. flavipedi* habitu et colore similis, differt autem statura duplo minore, capite thoraceque impunctatis, abdominisque in utroque sexu structura. — *T. castaneus* *Grav.* secundum specimina typica ad *T. flavipedem* pertinet.

* 33. *T. collaris*: *Dense punctatus, nigro-piceus, antennis, pedibus thoraceque rufis, hoc disco plerumque infuscato.* — Long. $1\frac{1}{2}$ — $1\frac{2}{3}$ lin.

Grav. Micr. 133. 13. — *Latr. Hist. nat. Crust. et Ins.* IX. 397. 13. — *Gyll. Ins. Suec. II.* 266. 13. — *Sahlb. Ins. Fenn. I.* 302. 12. — *Mannerh. Brachelytr.* 62. 12. — *Boisd. et Lacord. Faun. Ent. Paris. I.* 512. 10. — *Er. Col. Murch. I.* 400. 6.

Tachyporus collaris *Grav. Mon.* 13. 24.

Var. Pallidus, immaturus.

Tachinus corticinus *Grav. Micr.* 131. 11. — *Latr. Hist. nat. Crust. et Ins.* IX. 396. 11.

Tachyporus corticinus *Grav. Mon.* 13. 16.

Tachinus flavellus *Zetterst. Faun. Lappon. I.* 64. 7. *Ins. Lappon. I.* 57. 7. (*forte*)

Habitat in Europa.

Statura fere *T. marginelli*. Antennae capite thoraceque paulo longiores, apice paulo crassiores, articulo tertio secundo paulo longiore, 5—10 obconicis, longitudine subaequalibus, at sensim paulo crassioribus, ultimo oblongo, apice acuminato et subcompresso, rufae, apicem versus obscuriores. Palpi picei. Caput crebre subtiliter punctatum, nigrum, nitidum, ore concolore. Thorax coleopteris paulo latior, latitudine baseos dimidio brevior, antrorsum modice angustatus, apice profundius emarginatus, lateribus rotundatus, basi utrinque subsinuatus, angulis anterioribus modice prominentibus, rotundatis, posterioribus subrectis, externe rotundatis, convexus, dense subtiliter punctatus, piceo-rufus, disco saepius infuscato. Scutellum piceum. Elytra thorace sesqui longiora, dense minus subtiliter punctata, iam fusco-iam rufo-picea, nitida. Abdomen parcius subtiliter punctatum, pube subtilissima brevissimaque adpersum, nigrum, nitidum, segmentis singulis margine postico piceo. Pectus nigrum. Pedes rufo-testacei.

Mas abdominis segmento superiore sexto quadridentato, dentibus breviusculis, intermediis multo magis prominentibus; segmento inferiore quinto apice fortiter triangulariter exciso, sexto inciso, laciniis triangularibus, apice acuminatis, fere mucronatis.

Femina abdominis segmento superiore sexto apice quadridentato, laciniis subaequalibus, acuminatis.

* 34. *T. elongatus*: *Elongatus, nigro-piceus, nitidus, antennis pedibusque rufis, elytris subtiliter substriato-punctatis, margine apicali rufescente.* — Long. $3\frac{1}{2}$ lin.

Gyll. Ins. Suec. II. 251. 1. — *Zetterst. Faun. Lappon. I.* 61. 1. *Ins. Lappon.* 56. 1.

Habitat in Suecia, Dom. Schüppel, in Helvetia, Dom. Guyot, in Unalashka, Dom. Chamisso.

Statura elongata, linearis, fere subcylindrica a congeneribus discedens, piceo-niger, subnitidus. Antennae capituli thoracisque longitudine, crassiusculae, articulo tertio secundo sesqui longiore, 5—10 sensim paulo brevioribus at vix crassioribus, ultimo subovato, apice abrupte compresso, totae rufae. Palpi rufi. Caput omnium subtilissime parce punctulatum. Thorax coleopteris vix latior, latitudine baseos quarta parte brevior, antrorsum parum angustatus, apice profundius emarginatus, lateribus leviter rotundatus, basi truncatus, angulis anterioribus modice prominentibus, acutiusculis, acumine rotundato, posterioribus rotundatis, transversim convexus, omnium subtilissime parce punctulatus. Elytra thorace vix sesqui longiora, subseriatim subtiliter punctata, nigro-picea, margine apicali rufescente. Abdomen parallelum, subtiliter punctatum, versus latera tenuiter griseo-pubescentis, segmentis piceo-margatis. Pedes rufi.

Mas abdominis segmento superiore sexto quadridentato, dentibus minutis, intermediis paulo magis prominentibus; segmento inferiore quinto apice late profundeque emarginato, sexto bifido, laciniis validis, elongatis, compressis, fortius deorsum curvatis, apice acuminatis.

Femina abdominis segmento superiore sexto apice quadrifido, laciniis subaequalibus, acuminatis.

Variat thorace elytris que rufo-piceis.

* 35. *T. discoideus*: *Nigro-piceus, nitidus, antennis pedibusque rufis, elytris fortius punctatis, rufis, margine omni piceo.* — Long. $1\frac{2}{3}$ lin.

Habitat in Austria.

Antennae capitis thoracisque fere longitudine, validiusculae, apicem versus leviter incrassatae, articulo 2 et 3 subaequalibus, 5 — 10 longitudine subaequalibus at sensim paulo crassioribus, ultimo oblongo-ovato, apice acuminato, totae rufo-testaceae. Caput parvum, parcius subtiliter punctatum, nigro-piceum, nitidum, ore rufo-testaceo. Thorax basi coleopterorum latitudine, latitudinē baseos quarta fere parte brevior, antrorsum leviter angustatus, apice profundius emarginatus, lateribus leviter rotundatus, basi truncatus, angulis anterioribus modice prominentibus, leviter deflexis posterioribusque obtusis subrotundatis, parum convexus, parce vageque subtiliter punctatus, iam nigro- iam rufo-piceus, nitidus. Scutellum laeve, piceum. Elytra thorace sesqui prope longiora, crebrius fortiusque punctata, punctis hinc inde subseriatis, nitida, disco laete rufo, limbo omni piceo. Abdomen minus subtiliter punctulatum, nigro-piceum, segmentis singulis margine apicali rufo-piceo. Pectus nigrum, nitidum. Pedes rufo-testacei.

Mas abdominis segmento superiore sexto quadridentato, dentibus minutis, intermediis fortius prominentibus; segmento inferiore quinto apice leviter triangulariter emarginato, sexto profunde inciso, lobis triangularibus, apice acuminatis.

Femina abdominis segmento superiore sexto apice quadrifido, laciniis subaequalibus, acuminatis.

Species mihi invisae:

36. *T. rufipennis*: *Niger, nitidus, glaber, antennis basi rufo-piceis, elytris profunde punctatis, rufis, apice nigro-marginatis, tarsis ferrugineis.*

Gyll. Ins. Succ. II. 259. 8.

Habitat in Sueciae stercoratis rariis.

Statura omnino *T. humeralis*, sed adhuc paulo maior, et vere distinctus. Caput rotundatum, nigrum, nitidissimum, subtiliter punctulatum, linea tenui angulata inter antennas impressum; os et palpi nigro-picei. Antennae thorace paulo longiores, nigro-fuscae, basi rufo-piceae. Thorax latus, transversus, fere ut in *T. humerali*, antice tamen profundius emarginatus, supra valde convexus, subtilissime punctulatus, totus niger, nitidissimus. Scutellum triangulare, rufo-piceum, subtiliter punctulatum. Elytra thorace multo angustiora, sed fere duplo longiora, apice truncata, angulis ut in prioribus, supra convexa, crebre et sat profunde vage punctata, saturate rufa, nitida, margine postico late nigro, nigredine iuxta marginem lateralem altius adscendente, sutura etiam anguste nigra. Abdomen pone elytra illarum longitudine, convexus, totum nigrum, nitidum, crebre punctatum; anus secundum sexum ut in *T. rufipede* armatus. Corpus totum subtile nigrum, nitidum,

profunde punctatum. Pedes elongati, nigri, nitidi, spinulis tibi arum tarsisque ferrugineis. (*Gyll.*)

Trichophyus Er.

Er. Col. March. I. p. 402.

Trichophya Mannerh. Brachelytr. p. 73.

Antennae 11-articulatae, capillares.

Palpi maxillares filiformes.

Ligula apice emarginata, paraglossis distinctioribus, ligula duplo brevioribus.

Elytra pectori longitudine aequalia.

Tarsi 5-articulati.

Corpus oblongum, subdepressum, alatum. Caput deflexum, thorace minus et angustius, subtriangulare, oculis parvis, rotundatis, prominulis. Labrum transversum, apice rotundatum. Mandibulae muticae, margine interno limbo membranaceo fimbriato. Maxillae (t. IV. f. 8. b.) mala utraque leviter elongata, lineari, membranacea, longitudine altera alteri subaequali, exteriore apice barbata, interiori apice leviter uncinata, dein spinulis tribus minutis armata, margine interiori medio barbato. Palpi maxillares sat elongati, articulo secundo elongato, tertio quartoque singulis hoc paulo brevioribus, inter se subaequalibus, quarto apice acuminato. Labium (t. IV. f. 8. a.) mento transversum, ligula angustata, prominula, apice emarginata, paraglossis ligulae connatis, et eadem brevioribus. Palpi labiales biarticulati, articulo secundo parvo, acuminato. Antennae longitudine dimidii corporis, articulo primo secundoque crassiusculis, primo clavato, secundo subgloboso, sequentibus valde tenuibus, sensim angustioribus, pilis longis verticillatis undique adpersis. *) Thorax coleopterorum prope latitudine, antrorsum haud angustatus, parum convexus. Scutellum triangulare. Elytra pectus haud excedentia. Abdomen apicem versus subangustatum. Pedes breves, intermedii basi adproximati, coxae posticae triangulares, tibiae pubescentes, tarsi omnes 5-articulati, antici articulis 4 primis leviter dilatatis, posteriores articulo primo leviter elongato.

O b s e r v a t i o n e s.

1. Genus admodum distinctum, statura autem minus convexa, thorace minus amplo, capite magis exserto, huic tribui quodammodo alienum videtur. Aleocharis adscribi nequit, antennae enim infra oculos sub capitis margine laterali insertae, palporum maxillarum articulus ultimus haud subulatus, et tarsi antici dilatati. Quibus notis cum Tachyporinis congruit: oris autem structura in Trichophyo singularis, Aleocharorum genera postrema in animum revocans. Palpi labiales perbreves biarticulati mihi videntur.

2. Antennarum structura singulari cum Habrocero satit quidem convenit, reliquis autem characteribus omnibus discedit.

3. Sexus differentia latet.

4. Victus sub arborum emortuarum cortice, sec. *Gyll.* Specimen nostrum in foro lignario volitans captum est.

5. Nomen generis, huic tribui adscripti, aliquantum mutavi, quoniam omnia Tachyporinorum nomina masculina sunt.

*) Antennae in nostro specimine mutilatae. quare earum descriptionem secundum *Gyllenhalium* supplavi.

1. *T. pilicornis*: *Niger, punctatus, pubescens, elytris fuscis, pedibus fusco-testaceis.* — *Long.* $1\frac{1}{2}$ lin.

Er. Col. March. I. 403. 1.

Trichophya pilicornis Mannerh. Brachelytr. 73. 1.

Aleochara pilicornis Gyll. Ins. Suec. II. 417. 39.

Habitat in Germania, Suecia.

Caput crebrius punctatum, nigrum, nitidum, ore fusco, oris partibus antennarumque articulis primis rufo-testaceis. Thorax latitudine plus sesqui brevior, lateribus rotundatus, basin versus non minus quam antrorsum angustior, basi leviter rotundatus, angulis posterioribus obtusis, apice leviter emarginatus, supra parum convexus, lateribus basi que planiusculis, confertim punctatus, tenuiter griseo-pubescens, fusco-niger, nitidus. Elytra thorace sesqui longiora, apice oblique introrsum truncata, dense punctata, tenuius pubescentia, fusca, opaca. Abdomen pectusque dense punctata, tenuiter pubescentia, nigra, ano fusco. Pedes testacei.

Boletobius Leach.

Mannerh. Brachelytr. p. 64.

Megacronus Steph. Illustr. V. p. 165 et *Boletobius ibid. p.* 171.

Bryocharis Boisd. et Lacord. Faun. Ent. Paris. I. p. 502 et *Boletobius ibid. p.* 497.

Antennae 11-articulatae, filiformes.

Palpi maxillares filiformes.

Ligula apice emarginata.

Elytra pectori subaequalia.

Tarsi 5-articulati.

Corpus elongatum, utrinque attenuatum et deorsum curvatum, alatum. Caput thoraci immissum, deflexum, aliis breviusculum, aliis oblongum vel elongatum, oculis mediocribus, ovalibus, vix prominulis. Labrum aliis transversum, aliis (capite elongato) quadratum, apice truncatum. Mandibulae minores, apice falcatae, acutae, interne basi membrana fimbriatae. Maxillae (t. IV. f. 6. b.) malis coriaceis, interiore interne, exteriori apice ciliatis. Palpi maxillares leviter elongati, articulo primo minuto obconico, secundo tertioque vel subaequalibus, vel secundo paulo longiore, apicem versus leviter incrassatis, quarto praecedenti aequali vel eodem paulo longiore, plurimis cylindrico, apice obtuse acuminato. Labium (t. IV. f. 6. a.) mento transversum, parte membranacea ante palporum basin elongata, ligula rotundata, medio incisa, membranacea, paraglossis ligulae multo brevioribus, eique connatis et nonnisi linea ciliata distinguendis. Palpi labiales articulis duobus primis subaequalibus, tertio paulo longiore, apice obtuse acuminato. Antennae utrinque infra oculos insertae, filiformes, apicem versus plerumque leniter incrassatae. Thorax basi fere coleopterorum latitudine, apicem versus angustatus, latitudine parum brevior, lateribus rotundatus, basi truncatus, apice pro receptione capitis emarginatus, lateribus, praecipue anterioribus, deflexis. Scutellum triangulare. Elytra apice truncata. Abdomen apicem versus sensim attenuatum, deorsum curvatum. Mesosternum haud carinatum. Pedes graciliores, coxis intermediis valde approximatis, posticis amplis, parallelopipedis, scutatis, femoribus saepius apice obsolete setosis,

tibiis omnibus spinulosis, spinis terminalibus validioribus, tarsis 5-articulatis, elongatis, graciliores, posterioribus articulo primo elongato, sequentibus sensim decrescentibus, ultimo iterum longiore.

O b s e r v a t i o n e s.

1. Corpore graciliore, incurvo, elytris coxas posticas vix superantibus, his parallelopipedis, amplis, ut in *Mordellis* scutatis, pedibus etiam ut in hac familia constructis a praecedentibus discedens, summa affinitate cum genere sequente iungitur.

2. Caput laevissimum; thorax laevissimus, ad margines punctis paucis, interdum etiam dorso punctorum pari impressus; scutellum laeve; elytra plerisque punctorum seriebus tribus ordinariis notata, intima striae leviter exaratae suturali, extima striae tenui marginali impositis, intermedia discoidali; abdomine punctato.

3. *Megacronus* Steph. nonnisi capite minus elongato et antennis minus gracilibus, *Bryocharis* Boisd. et Lacord. nonnisi tarsis anticis in mare dilatatis distinguuntur. Distinctio illa omnino arbitraria, haec temeraria; tarsi enim dilatati simplices vix unquam in tota Staphylinorum familia characterem genericum praebent, speciebus inter se maxime affinis saepius hac nota discrepantibus.

4. Sexus differentia varia, apud singulas species notanda.

5. Victus in silvis, in boletis et sub muscis et foliis deciduis.

* 1. *B. analis*: *Niger, nitidus, pedibus cum coxis anticis, antennis articulis 4 primis ultimoque testaceis, ano elytris rufis.* — *Long.* $2\frac{1}{2}$ — 3 lin.

Mannerh. Brachelytr. 64. 3. — *Runde Brachelytr. Hal.* 26. 1. — *Er. Col. March. I.* 403. 1.

Staphyl. analis Payk. Mon. Staph. 47. 34. *Faun. Suec. III.* 394. 34. — *Walk. Faun. Paris. I.* 272. 17. — *Oliv. Ent. III.* 42. 28. 38. t. 3. f. 24. — *Marsh. Ent. Brit.* 522. 70.

Tachinus analis Grav. Mon. 148. 20. — *Latr. Hist. nat. Crust. et Ins. IX.* 399. 20. — *Sahlb. Ins. Fenn. I.* 303. 14. — *Zetterst. Ins. Lappon.* 58. 8.

Tachinus analis var. 2 Grav. Mon. 31. 16.

Tachinus analis var. b Gyll. Ins. Suec. IV. 472. 13.

Staph. analis Schrank Faun. Boica. I. 649. 890. (*forte*)

Var. Thorace elytris anoque testaceo-rufis.

Staph. analis var. β Payk. Mon. Staph. 47. 34. *Faun. Suec. III.* 395. 34.

Tachinus merdarius Gyll. Ins. Suec. II. 270. 16. — *Sahlb. Ins. Fenn. I.* 304. 15.

Habitat in Europa.

Niger, nitidus. Antennae capite thoraceque paulo longiores, apicem versus sensim leniterque subincrassatae, articulo tertio secundo sesqui longiore, 5 — 10 sensim paulo brevioribus et crassioribus, fuscae, articulis 4 primis ultimoque testaceis, hoc maris oblongo, cylindrico, apice obtuse rotundato, praecedente plus duplo maiore, feminae ovato, praecedente sesqui maiore. Caput parvum, laevissimum, ore late testaceo. Thorax coleopterorum prope latitudine, latitudine baseos parum brevior, lateribus rotundatus, antice paulo magis quam postice angustatus, basi leviter rotundatus, angulis posterioribus obtusissimis, fere rotundatis, satis convexus, laevissimus. Scutellum laevissimum. Elytra thorace tertia parte longiora, rufa, nitida, seriebus tribus ordinariis punctorum remotorum. Abdomen parce punctatum, parceque longius pubescens, segmento ultimo penultimoque rufis, hoc basi nigro. Pedes testacei, antici coxis concoloribus.

Mas tarsi anticis leviter dilatatis, abdominis segmento inferiore sexto apice medio leviter triangulariter producto, antennarum articulo ultimo praecedentibus tribus coniunctis subaequali.

Femina tarsi anticis simplicibus, abdominis segmento inferiore sexto apice rotundato, antennarum articulo ultimo praecedentibus ambobus vix aequali.

Obs. Tach. merdarius Gyll. nonnisi thorace rufo differt, quare vix pro specie peculiari rite habendus: differentiae a Gyllenhelio notatae ad sequentem speciem spectant. Specimina Suecica dedit Dom. Schüppel.

* 2. *B. cingulatus*: Niger, nitidus, antennis articulis 3 primis ultimisque duobus pedibusque testaceis, his coxis anticis nigris, ano elytrisque rufis. — Long. 3 — 3½ lin.

Mannerh. Brachelytr. 64. 2. — Er. Col. March. I. 404. 2.

Tachinus analis var. 1 et 3 Grav. Mon. 31. 16.

Tachinus analis Gyll. Ins. Suec. II. 269. 15.

Bryocharis analis Boisd. et Lacord. Faun. Ent. Paris. I. 502. 1.

Oxyporus bicolor Rossi Faun. Etr. I. 253. 625. (Ed. Hellw. I. 314. 626.) forte.

Habitat in Europa.

Statura et summa affinitas praecedentis, at plerumque paulo maior et vere distinctus. Corpus nigrum, nitidum. Antennae capite thoraceque paulo longiores, apicem versus vix incrassatae, articulo tertio secundo duplo prope longiore, 5—10 sensim paulo brevioribus at perparum crassioribus, articulis duobus primis testaceis, tertio rufo-testaceo, vel ferrugineo, 4—9 nigris, feminae penultimo ferrugineo, ultimo hoc paulo maiore, ovato, subacuminato, testaceo, maris ultimis duobus sulphureis, ultimo elongato, praecedentibus duobus longiore. Caput minutum, laevissimum, nigrum, ore late testaceo. Thorax basi coleopterorum latitudine, ibique longitudine paulo latior, apice basi duplo fere angustior, lateribus et basi leviter rotundatus, angulis posterioribus obtusis, leniter convexus, laevissimus. Elytra thorace tertia parte longiora, rufa, nitida, punctorum seriebus tribus ut in praecedente omnino. Abdomen parce punctatum, parceque longius pubescens, ano piloso, segmento sexto toto quintoque apice lato rufis, septimo, quando conspicitur, nigro-piceo. Pedes rufo-testacei, coxis omnibus nigris.

Mas tarsi anticis fortius dilatatis, abdominis segmento inferiore sexto canaliculato, apice leviter producto, antennis articulo ultimo praecedentibus ambobus paulo longiore.

Femina tarsi anticis simplicibus, abdominis segmento inferiore sexto apice rotundato, antennis articulo ultimo praecedentibus ambobus brevioribus.

Variat 1, antennis articulis 3 et 10 piceis, ultimo solo flavo. Specimen Austriacum dedit Dom. Schüppel.

2, antennis articulis ultimis tribus flavis. Specimen in Germania septentrionali lectum communicavit Dom. Schüppel.

Obs. 1. Distinguendus a praecedente praeter antennarum colorem articulo earum ultimo apice acuminato neque obtuso, thorace minus convexo, postice multo latiore, angulis posterioribus minus obtusis, coxis anticis nigris, tarsi anticis maris fortius dilatatis.

2. Oxy. bicolor Rossi ob magnitudinem ultra 3 lin. potius ad hanc quam ad praecedentem speciem pertinere videtur.

* 3. *B. inclinans*: Rufo-testaceus, nitidus, capite, pectore abdomineque nigris, hoc segmentis singulis piceo-marginatis, elytris crebre punctatis. — Long. 3½ lin.

Er. Col. March. I. 405. 3.

Tachinus inclinans Grav. Mon. 33. 20.

Habitat in Germania.

Antennae capite thoraceque longiores, apice haud incrassatae, articulo tertio secundo plus sesqui longiore, sequentibus sensim paulo brevioribus, ultimo praecedente paulo longiore, acuminato, testaceae, medio fuscescentes. Caput laevissimum, nigrum, nitidum, ore late testaceo. Thorax posterioris coleopteris paululum latior, latitudine summa paulo brevior, apice duplo quam basi angustior, lateribus leviter rotundatis, basi subsinuatus, angulis posterioribus obtusis, leviter convexus, dorso ante medium punctorum pari impressus, rufo-testaceus, nitidus. Scutellum laeve, rufo-testaceum. Elytra thorace sesqui longiora crebre punctata, parcius ferrugineo-pubescencia, rufo-testacea, nitida. Abdomen parce punctatum, parceque pubescens, nigrum, nitidum, segmentis margine apicali piceis, ultimo penultimoque dimidio piceis. Pectus nigrum, nitidum. Pedes testacei, coxis anterioribus concoloribus.

Mas tarsi anticis articulis duobus primis fortiter dilatatis, tibiis intermediis spinis apicalibus fortioribus, tarsi intermediis articulo primo compresso-dilatato, abdominis segmento inferiore quinto apice leviter inciso.

Femina tarsi anterioribus simplicibus, abdominis segmento inferiore quinto integro.

* 4. *B. formosus*: Rufo-testaceus, nitidus, capite abdomineque nigris, hoc ano rufo, antennis fuscis, basi testaceis, elytris vage punctatis. — Long. 2½ lin.

Mannerh. Brachelytr. 64. 1.

Tachinus formosus Grav. Mon. 32. 19.

Megacronus formosus Steph. Illustr. Bt. E. V. t. 26. f. 5.

Tachinus merdarius Grav. Micr. 149. 21. — Latr. Hist. nat. Crust. et Ins. IX. 399. 21.

Habitat in Germania.

Corpus gracilius, rufo-testaceum, nitidum. Antennae capite thoraceque multo longiores, apice haud crassiores, articulo tertio secundo plus sesqui longiore, sequentibus sensim paulo brevioribus, ultimo praecedente paulo longiore, acuminato, fuscae, articulis duobus primis ultimoque testaceis. Caput laevissimum, nigrum, nitidum, ore testaceo. Thorax posterioris coleopteris paulo latior, latitudine baseos paulo brevior, apice duplo prope angustior, lateribus leviter rotundatus, basi subtrisinuatus, angulis posterioribus subrectis, convexus, dorso ante medium punctorum pari impressus. Scutellum laeve. Elytra thorace haud longiora, parcius fortiusque vage punctata, puncto quoque pilo brevi reclinato instructo. Abdomen parce fortiter punctatum, parce longius pubescens, nigrum, nitidum, segmento quinto dimidio sextoque toto testaceo-rufis. Pectus cum pedibus testaceum.

Obs. Tachin. merdarius Grav., secundum specimen typicum coll. Hoffmanns-

eggianae a Staph. merdario Fab. et Oliv omnino distinctus, cum T. formoso postea descripto omnino convenit.

5. *B. obscurus*: *Nigro-piceus, nitidus, antennis testaceis, pedibus anoque rufo-piceis, elytris vage punctatis.* — Long. 2 lin.

Habitat in ins. Puerto-Rico, Dom. Moritz.

Statura angusta *B. formosi*, nigro-piceus, nitidus. Antennae capite thoraceque multo breviores, apicem versus sensim modice incrassatae, articulo tertio secundo plus sesqui longiore, sequentibus sensim paulo brevioribus et parum crassioribus, penultimis crassitie brevioribus, ultimo breviter subovato, compresso, totae testaceae. Palpi flavi, maxillares articulo ultimo conico, penultimo haud longiore. Caput breve, laevissimum, ore testaceo. Thorax basi coleopterorum prope latitudine, latitudine baseos vix brevior, antrorsum angustatus, apice plus dimidio quam basi angustior, basi et lateribus leviter rotundatus, angulis posterioribus subrectis, convexus, dorso ante medium punctorum pari impressus. Scutellum laeve. Elytra thorace sesqui longiora, crebre fortius vage punctata, stria suturali impressa, tenuiter pubescentia. Abdomen parcius punctatum, longius pubescens, apice segmentorumque singulorum marginibus rufo-piceis. Pedes rufo-testacei.

6. *B. seriatus*: *Nigro-piceus, nitidus, antennarum basi pedibusque testaceis, elytris crebre seriatim punctatis.* — Long. 2 lin.

Habitat Novae Valentiae in Columbia, Dom. Moritz.

Statura omnino *B. striati*, at minor, nigro-piceus, nitidus. Antennae capite thoraceque paulo breviores, apicem versus sensim sat fortiter incrassatae, articulo tertio secundo plus sesqui longiore, sequentibus sensim paulo brevioribus et crassioribus, penultimis transversis, ultimo subovato, apice acuminato, nigrae, articulis duobus primis testaceis. Caput breviusculum, laevissimum, ore flavo-testaceo. Thorax basi coleopterorum prope latitudine, latitudine baseos paulo brevior, antrorsum angustatus, apice dimidio quam basi angustior, basi et lateribus leviter rotundatus, angulis posterioribus subrectis, convexus, marginibus summis brunneis. Elytra thorace sesqui longiora, dorso punctorum sat fortium seriebus pluribus (sex) striaque suturali impressa, parce pubescentia. Abdomen parcius punctatum, longius pubescens, segmentis singulis castaneo-marginatis. Pedes testacei.

- * 7. *B. cernuus*: *Niger, nitidus, antennarum basi pedibusque testaceis, elytris rufis, punctorum seriebus obsoletioribus, interstitiis obsoletissime punctulatis.* — Long. 2 — 2½ lin.

Mannerh. Brachelytr. 64. 4. — *Boisd. et Lacord. Faun. Ent. Paris. I.* 500. 5. — *Er. Col. March. I.* 406. 4.

Tachinus cernuus Grav. Mon. 31. 18. — *Gyll. Ins. Suec. II.* 271. 17. — *Sahlb. Ins. Fenn. I.* 304. 16. — *Zetterst. Faun. Lappon. I.* 64. 8. *Ins. Lappon.* 58. 2.

Var. Thorace elytris rufis.

Staph. merdarius Oliv. Ent. III. 42. 29. 39. t. 5. f. 45.

Bolitobius merdarius Boisd. et Lacord. Faun. Ent. Paris. I. 501. 6.

Habitat in Europa.

Statura omnino *B. striati*. Antennae capitis thoracisque prope longi-

tudine, tenuiores, apice parum incrassatae, articulo tertio secundo plus sesqui longiore, sequentibus sensim paulo brevioribus et crassioribus, ultimo ovato, praecedente sesqui longiore, apice subcompresso, acuminato, pilosellae, fuscae, articulis tribus primis testaceis, ultimo interdum obscure testaceo. Palpi maxillares articulo quarto praecedente paulo brevior, conico. Caput breviusculum, nigrum, nitidum, ore testaceo. Thorax basi coleopterorum latitudine, latitudine baseos paulo brevior, apice plus dimidio quam basi angustior, lateribus praecipue antice deflexis, leviter rotundatis, basi subtruncatus, angulis posterioribus obtusis, laevissimus, margine punctis singulis, dorso ante apicem punctorum pari impressus, nitidus, iam nigerrimus, iam piceo-rufescens, iam testaceo-rufus. Scutellum piceum, nitidum, laevissimum. Elytra thorace tertia parte longiora, rufa vel testaceo-rufa, nitida, punctorum sat remotorum subtilium seriebus tribus, prima ad suturam, secunda in medio dorso, tertia ad marginem lateralem, interstitiis punctis distantibus seriatis subtilibus obsoletisque impressis. Abdomen vage fortius punctulatum, longius griseo-pubescens, nigrum, nitidum, segmentis 4 primis margine postico, quinto apice, sexto toto rufis. Pectus nigrum, nitidum. Pedes rufo-testacei, coxis anterioribus iam concoloribus, iam nigro-piceis, tarsis anticis in utroque sexu simplicibus.

- * 8. *B. rufus*: *Rufo-testaceus, nitidus, abdominis segmentis anterioribus basi fusciscentibus, antennis fuscis, basi testaceis, elytris punctorum seriebus obsoletioribus, interstitiis subtiliter subseriatim punctatis.* — Long. 2½ lin.

Er. Col. March. I. 407. 5.

Var. Capite pectoreque nigro-piceis.

Habitat in Germania.

Statura et summa affinitas praecedentis. Antennae capitis thoracisque prope longitudine, apicem versus fortius incrassatae, articulo tertio secundo sesqui longiore, 4—7 sensim brevioribus et crassioribus, 7—10 subaequalibus, longitudine paulo crassioribus, ultimo praecedente sesqui longiore, breviter subovato, apice compresso, obtuse rotundato, fuscae, articulis quatuor primis rufo-testaceis. Palpi maxillares articulo tertio modice incrassato, quarto hoc dimidio prope brevior et duplo tenuiore, valde acuminato. Caput minutum, triangulare, saturate rufo-testaceum, nitidum, ore dilutiore, vertice nonnunquam fusciscente. Thorax basi coleopterorum prope latitudine, apice duplo angustior, latitudine baseos tertia parte prope brevior, basi et lateribus leviter rotundatus, angulis posterioribus subrotundatis, laevissimus vel interdum subtiliter obsoletissimeque vage punctulatus, apice prope marginem anteriorem punctorum pari impressus, saturate rufo-testaceus, nitidus. Scutellum concolor, laevissimum, nitidum. Elytra thorace sesqui longiora, punctorum maiorum seriebus tribus, interstitiis parcius subtiliter obsoleteque subseriatim punctatis, rufo-testacea, nitida. Abdomen supra vage profundius punctatum, subtus crebre fortiter profundeque punctatum, parce fulvo-pubescens, piceo-testaceum seu castaneum, nitidum, segmentis singulis margine apicali rufescente. Pectus saturate rufo-testaceum. Pedes testacei.

Variat nonnunquam capite pectoreque nigro-piceis.

Obs. Differt a praecedente praeter colorem antennis apicem versus magis incrassatis, thorace lateribus minus rotundato, punctorum pari apici propiore, elytris in interstitiis distinctius punctulatis. Palporum maxillarum articulo quarto brevior conicoque anceps quasi inter Boletobium et Mycetoporum.

* 9. *B. bicolor*: Niger, nitidus, capite, thorace, scutello, pedibus elytrisque rufis, his angulo exteriori apicis nigro. — Long. $2\frac{1}{2}$ — $3\frac{1}{2}$ lin.

Tachinus bicolor Grav. Mon. 28. 9.

Habitat in Hercynia, Borussia.

B. anali robustior et saepe duplo maior. Antennae vix capitis thoracisque longitudine, apice paulo crassiores, articulo tertio secundo plus sesqui longiore, 5 — 10 modice compressis, subtriangularibus, latitudine apicis vix brevioribus, inter se aequalibus, ultimo oblongo, praecedente plus duplo longiore, compresso, apice rotundato, fusco-nigrae, articulis 4 primis testaceis, ultimo apice summo ferrugineo. Caput oblongum, testaceo-rufum, ore testaceo. Thorax basi coleopterorum prope latitudine, latitudine summa non brevior, apice paulo angustior, basi et lateribus leviter rotundatus, angulis posterioribus obtusis subrotundatis, leniter convexus, laevissimus, testaceo-rufus, nitidus. Scutellum laevissimum, testaceo-rufum, nitidum. Elytra thorace paulo longiora, punctorum seriebus tribus ordinariis, punctis sat distinctis, serie dorsali quaque striae leviter exaratae imposita, testaceo-rufa, nitida, angulo apicali exteriori a medio margine laterali usque ad suturam apicem nigerrimo. Abdomen crebrius punctatum, parcius nigro-pubescentis, nigrum, nitidum. Pectus nigrum, nitidum, mesosterno rufo-testaceo. Pedes testacei, coxis anterioribus concoloribus, femoribus apice fortius spinulosis, tarsis anticis in utroque sexu simplicibus.

Mas abdominis segmento inferiore quinto ante apicem carinula parva longitudinali dentiformi instructo.

Femina abdominis segmento inferiore quinto mutico.

* 10. *B. axillaris*: Piceus, nitidus, antennarum basi apiceque pedibusque anticis testaceis, capite elytrisque nigris, his vitta longitudinali margineque apicali testaceis. — Long. 3 lin.

Tachinus axillaris Grav. Mon. 29. 11.

Habitat in America septentrionali.

Statura omnino praecedentis. Antennae capitis thoracisque longitudine, apice parum crassiores, articulo tertio secundo sesqui longiore, 5 — 10 crassioribus, modice compressis, subtriangularibus, 6 — 10 latitudine apicis paulo brevioribus, aequalibus, ultimo praecedente duplo longiore et paulo angustiore, oblongo, compresso, nigrae, articulis duobus primis ultimoque testaceis. Caput oblongum, nigrum, nitidum, labro palpisque testaceis. Thorax basi coleopterorum prope latitudine, apice dimidio angustior, latitudine baseos paulo brevior, basi et lateribus leviter rotundatus, angulis posterioribus obtusis, laevissimus, nigro-piceus, nitidus. Scutellum nigrum, nitidum. Elytra thorace sesqui fere longiora, serie dorsali punctis fere sex satis distantibus composita, nigra, nitida, margine apicali vittaque longitudinali, ab angulo humerali apicis medium petente, marginem apicalem haud attingente,

testaceis. Abdomen supra parcius, subtus crebrius fortiusque punctatum, piceum, nitidum, segmentis singulis margine apicali dilutiore. Pedes anticis cum coxis testacei, posteriores picei, femoribus piceo-testaceis.

Mas abdominis segmento inferiore quinto ante apicem carinula longitudinali dentiformi instructo.

Femina latet.

* 11. *B. niger*: Niger, nitidus, antennarum articulo primo testaceo, abdominis segmento quinto apice rufo, elytris punctorum seriebus obsoletioribus. — Long. $4\frac{1}{2}$ — 6 lin.

Tachinus niger Grav. Micr. 193. 5. Mon. 30. 12.

Var. Abdominis segmento quinto apice concolore.

Habitat in America septentrionali.

Magnus, niger, nitidus. Antennae capite thoraceque paulo breviores, articulis 3 primis teretibus, 2 et 3 subobconicis, hoc praecedente sesqui longiore, sequentibus latioribus, modice compressis, triangularibus, 5 — 10 latitudine apicis paulo brevioribus, aequalibus, ultimo paulo angustiore, oblongo-ovato, nigrae, articulo primo testaceo, secundo piceo, ultimo apice ferrugineo. Caput oblongum, clypeo pallido, labro palpisque piceis. Thorax basi coleopterorum prope latitudine, latitudine baseos haud brevior, apice dimidio angustior, basi et lateribus leviter rotundatus, angulis posterioribus obtusis, laevissimus. Scutellum laevissimum. Elytra thorace parum longiora, punctorum seriebus tribus ordinariis, punctis earum obsoletis, inter se sat remotis. Abdomen segmentis anterioribus parcius, posterioribus crebrius punctatum. Pedes nigro-picei, tarsis anticis in utroque sexu simplicibus.

Mas abdomine apice concolore, segmento inferiore sexto tricarinato, carina intermedia apice, lateralibus basi abbreviatis, apice inter carinas laterales emarginato.

Femina abdominis segmento quinto apice late sanguineo, sexto simplice.

Obs. Utriusque sexus nonnisi unicum specimen vidi, nescio igitur an differentia coloris in abdominis apice semper cum differentia sexus conveniat.

* 12. *B. striatus*: Nigro-piceus, nitidus, pedibus segmentorumque abdominis marginibus rufis, elytris rufis, angulo apicali exteriori nigro. — Long. 2 — $2\frac{2}{3}$ lin.

Mannerh. Brachelytr. 64. 6. — Boisd. et Laeord. Faun. Ent. Paris. I. 500. 4. — Runde Brachelytr. Hal. 26. 3.

Staphyl. striatus Oliv. Ent. III. 42. 28. 37. t. 5. f. 47.

Tachinus striatus Grav. Micr. 146. 17. Mon. 27. 6. — Latr. Hist. nat. Crust. et Ins. IX. 398. 17. — Gyll. Ins. Suec. II. 272. 18. — Sahlb. Ins. Fenn. I. 304. 17.

Staphyl. angularis Payk. Faun. Suec. III. 395. 35.

Staphyl. analis var. γ Payk. Mon. Staph. 48. 34.

Habitat in Europa.

Antennae capite thoraceque breviores, fortius incrassatae, articulo secundo tertioque aequalibus, 5 — 10 crassis, transversis, ultimo praecedente sesqui longiore, compresso, ovato, fuscae, articulis 4 primis rufo-testaceis, ultimo testaceo. Caput oblongum, nigro-piceum, nitidum, ore rufo-testaceo.

Thorax basi coleopterorum prope latitudine, apice dimidio angustior, latitudine baseos paulo brevior, basi et lateribus leviter rotundatus, angulis posterioribus omnino rotundatis, laevissimus, nigro-piceus, nitidus, margine summo piceo-rufo. Scutellum laevissimum, rufo-piceum, nitidum. Elytra thorace paulo longiora, punctorum seriebus tribus ordinariis, punctis sat remotis, rufa, nitida, macula magna transversa apicali, exterius plerumque latiore nigro-picea, margine apicali ipso summo rufo. Abdomen fortius punctatum, longius pubescens, nigro-piceum, nitidum, segmentis 4 primis margine postico, quinto apice, sexto toto rufis. Pectus nigro-piceum, nitidum. Pedes testacei, coxis anticis concoloribus, tarsis anticis in utroque sexu simplicibus.

Mas abdominis segmento inferiore sexto apice sub-bisinuato.

Femina abdominis segmento inferiore sexto apice rotundato.

* 13. *B. dimidiatus*: Niger, nitidus, elytrorum basi pedibusque rufis. — Long. $2\frac{1}{2}$ lin.

Habitat in America septentrionali.

Statura omnino praecedentis, niger, nitidus. Antennae capite thoraceque multo breviores, apicem versus fortiter incrassatae, articulo tertio secundo paulo longiore, 5—10 crassis, sensim paulo crassioribus, transversis, ultimo angustiore, breviter subovato, apice subacuminato, nigrae, articulis tribus primis rufo-testaceis, ultimo ferrugineo. Caput oblongum, laevissimum, ore testaceo. Thorax basi coleopterorum latitudine, apice duplo prope angustior, latitudine baseos parum brevior, basi, lateribus angulisque posterioribus rotundatis, laevissimus. Elytra thoracis latitudine, serie dorsali punctis sat distinctis sex composita, nitida, nigra, basi prope ad medium usque rufa. Abdomen crebrius fortiusque punctatum, griseo-pubescentis, segmentis singulis margine apicali rufo-piceo. Pedes rufi, coxis anticis picescentibus.

Mas abdominis segmento inferiore sexto apice sub-bisinuato.

Femina abdominis segmento inferiore sexto apice rotundato.

* 14. *B. atricapillus*: Rufus, nitidus, capite, pectore, ano elytrisque nigris, his lunula basali margineque apicali albidis. — Long. $2\frac{1}{2}$ —3 lin.

Mannerh. *Brachelytr.* 64. 7. — Boisd. et Lacord. *Faun. Ent. Paris. I.* 497. 1. — Runde *Brachelytr. Hal.* 27. 5. — Er. *Col. Murch. I.* 408. 6.

Staph. atricapillus Fab. *Syst. Ent.* 267. 15. *Spec. Ins. I.* 337. 19. *Mant. Ins. I.* 221. 26. *Ent. Syst. I. II.* 527. 40. *Syst. El. II.* 599. 49. — Goeze *Ent. Beitr. I.* 724. 9. — Payk. *Mon. Staph.* 49. 35. *Faun. Suec. III.* 414. 60. — Oliv. *Ent. III.* 42. 29. 40. t. 4. f. 39. — Panz. *Ent. Germ.* 456. 30. — Schrank *Fauna Boica I.* 645. 877. — Marsh. *Ent. Brit.* 522. 71.

Tachinus atricapillus Grav. *Micr.* 148. 19. *Mon.* 30. 14. — Latr. *Hist. nat. Crust. et Ins. IX.* 399. 19. — Gyll. *Ins. Suec. II.* 273. 19. — Sahlb. *Ins. Fenn. I.* 305. 18. — Guér. *Iconogr. Ins. t.* 10. f. 8.

Oxyporus lunulatus Fab. *Syst. Ent.* 268. 2. *Spec. Ins. I.* 338. 2. *Mant. Ins. I.* 222. 2. *Ent. Syst. I. II.* 532. 3. *Syst. El. II.* 605. 3. (forte) — Panz. *Ent. Germ.* 359. 3. *Faun. Germ.* 22. 15.

Tachinus lunulatus Zetterst. *Faun. Lappon. I.* 65. 9. *Ins. Lappon.* 58. 10.

Habitat in Europae boletis.

Antennae capitis thoracisque prope latitudine, apice crassiores, articulo tertio secundo paulo longiore, 5—10 sensim paululum brevioribus et crassioribus, subobconicis, ultimo oblongo-ovato, praecedentibus ambobus latitudine aequali. fuscae, articulis 4 primis ultimoque testaceis. Caput valde elongatum, angustatum, nigrum, nitidum, ore flavo. Thorax basi coleopterorum prope latitudine, latitudine baseos parum brevior, apice plus dimidio quam basi angustior, basi et lateribus leviter rotundatus, angulis posterioribus obtusis, laevissimus, apice punctorum pari notatus, testaceo-rufus, nitidus. Scutellum nigrum, nitidum. Elytra thorace paulo longiora, punctorum remotorum seriebus tribus ordinariis, nigra, nitidissima, macula lunata humerali margineque apicali albidis. Abdomen parce punctatum, rufum, nitidum, segmentis ultimis duobus nigris, penultimo apice albedo. Pectus nigrum. Pedes flavi, coxis anticis concoloribus, tarsis anticis in utroque sexu simplicibus.

Mas abdominis segmento inferiore sexto apice truncato.

Femina abdominis segmento inferiore sexto apice rotundato.

Obs. I. *Ox. lunulatus* Fabricii ob „abdomen apice nigrum, annulo albo” ad hanc speciem referendus videtur: in hac enim annulus albus in segmenti penultimi margine apicali situs conspicuus, in sequente specie tenuissimus neque nisi oculo armato observandus. *Staph. atrica* pilli nomine signata in Museo Fabriciano Boletochara lunulata exstat.

2. Dom. Prof. Zetterstedt speciem hanc pro vero *Staph. lunulato* Lin. habet, praecipue quod frequentius obvius sit, descriptio Linnaeana autem aegre ab hoc insecto desumta

* 15. *B. speciosus*: Rufus, nitidus, capite, pectore, ano elytrisque nigris, his basi margineque apicali inaequaliter testaceis, stria dorsali multipunctata. — Long. 4 lin.

Habitat in Hungariae montibus, Dom. Schüppel.

Habitu omnino praecedentis, at plus duplo maior. Antennae capitis thoracisque latitudine, apice parum crassiores, subcompressae, articulo tertio secundo sesqui prope longiore, 5—10 subobconicis, sensim paululum brevioribus at vix crassioribus, ultimo praecedente parum longiore, ovato, compresso, nigrae, articulis 4 primis ultimoque testaceis. Caput fortiter elongatum, angustum, nigerrimum, nitidum, ore testaceo. Thorax coleopterorum basi paululum angustior, apice duplo prope quam basi angustior, latitudine baseos vix brevior, basi et lateribus leviter rotundatus, angulis posterioribus obtusis, laevissimus, testaceo-rufus, nitidus. Scutellum testaceum. Elytra thorace tertia fere parte longiora, punctorum seriebus tribus ordinariis, punctis seriei intermediae numerosis (circiter 10), nitidissima, nigra, fascia basali, postice profunde sinuata, margineque inaequali apicali testaceis. Abdomen segmentis 4 primis parce punctatis, nigro-pilosellis, rufis, nitidis, reliquis crebre punctatis, nigerrimis, nitidis, quinto margine apicali tenuissimo albo. Pectus nigerrimum. Pedes pallidi, coxis anticis concoloribus, posterioribus nigris, posticis margine postico albedo.

Mas abdominis segmento inferiore sexto apice leviter emarginato.

Femina latet.

- * 16. *B. lunulatus*: Rufus, nitidus, capite, pectore, ano, elytrisque nigris, his basi tota margineque apicali testaceis, serie dorsali parumpunctata. — Long. $2\frac{1}{2}$ lin.

Mannerh. *Brachelytr.* 64. 6. — *Runde Brachelytr. Hal.* 27. 4. — *Er. Col. March. I.* 408. 7.

Staphyl. lunulatus Linn. *Faun. Suec. n.* 845. *Syst. Nat. I. II.* 684. 7. — Müll. *Faun. Frid.* 23. 225. *Prodr.* 98. 1104. — Goeze *Ent. Beitr. I.* 718. 7. — De Vill. *Ent. I.* 413. 7. — Payk. *Mon. Staph.* 58. 41. *Faun. Suec. III.* 415. 61. — Marsh. *Ent. Britt.* 523. 72.

Oxyporus lunulatus Cederh. *Faun. Ingr.* 120. 369.

Tachinus lunulatus Grav. *Micr.* 147. 18. *Mon.* 30. 13. — Latr. *Hist. nat. Crust. et Ins.* IX. 398. 18. — Gyll. *Ins. Suec. II.* 274. 20. — Sahlb. *Ins. Fenn. I.* 305. 19.

Tachinus atricapillus Zetterst. *Faun. Lappon. I.* 65. 10. *Ins. Lappon.* 58. 11.

Habitat in Europa.

Statura et summa affinitas praecedentis. Antennae capitis thoracisque longitudine, apice leviter crassiores, articulo tertio secundo sesqui longiore, 6—10 sensim paululum brevioribus et crassioribus, subobconicis, ultimo ovato, praecedente sesqui longiore, compresso, apice abrupte acuminato, fuscae, articulis 4 primis ultimoque testaceis. Caput modice elongatum, nigrum, nitidum, ore flavo. Thorax basi coleopterorum prope latitudine, apice dimidio quam basi angustior, latitudine baseos vix brevior, basi et lateribus leviter rotundatus, angulis posterioribus obtusis, laevissimus, testaceo-rufus, nitidus. Scutellum testaceum, nitidum. Elytra thorace paulo longiora, punctorum seriebus tribus ordinariis, punctis seriei intermediae paucis, distantibus, nigra, nitidissima, fascia basali integra, elytri quadrantem fere occupante, margineque apicali testaceis. Abdomen parce punctatum, rufum, nitidum, segmentis ultimis duobus nigris, penultimo margine apicali tenuissimo albo. Pectus nigrum. Pedes flavi, coxis anterioribus concoloribus, tarsis anticis in utroque sexu simplicibus.

Mas abdominis segmento inferiore sexto apice truncato.

Femina abdominis segmento inferiore sexto apice subacuminato.

- * 17. *B. cinctus*: Rufus, nitidus, capite, pectore, ano elytrisque nigris, his basi, sutura margineque apicali testaceis. — Long. $2\frac{2}{3}$ lin.

Tachinus cinctus Grav. *Micr.* 193. 6. *Mon.* 30. 15.

Tachinus atricaudatus Say *Journ. of the Acad. of natur. scienc. of Philadelph. III.* p. 158.

Habitat in America septentrionali.

Statura et summa affinitas praecedentium. Antennae capitis thoracisque longitudine, apice leniter crassiores, subcompressae, articulo tertio secundo sesqui longiore, 5—10 subobconicis, sensim paulo crassioribus et paululum brevioribus, ultimo praecedente sesqui longiore, ovato, apice acuminato, fuscae, articulis 4 primis ultimoque testaceis. Caput elongatum, angustum, nigrum, nitidum, ore testaceo. Thorax basi coleopterorum latitudine, antice plus dimidio quam basi angustior, latitudine baseos paulo brevior, basi et lateribus leviter rotundatus, angulis posterioribus obtusis, laevissimus, testaceo-rufus, nitidus. Scutellum rufo-testaceum, nitidum. Elytra thorace paulo longiora, punctorum seriebus ordinariis tribus, punctis seriei interme-

diae paucis, distantibus, nitidissima, nigra, basi tota, sutura basi leviter dilatata, margineque apicali testaceis. Abdomen parce punctatum, nitidum, segmentis quatuor primis rufis, ultimis duobus nigris, penultimo apice testaceo. Pectus nigrum. Pedes flavi, coxis anterioribus concoloribus, posticis nigris, margine postico testaceo.

- * 18. *B. trimaculatus*: Niger, nitidus, thorace elytrisque testaceis, illo disco, his angulo exteriore late nigris, antennis pedibusque testaceis, elytrorum serie dorsali multipunctata. — Long. $2\frac{1}{2}$ lin.

Mannerh. *Brachelytr.* 65. 9. — Boisd. et Lacord. *Faun. Ent. Paris. I.* 498. 2.

Oxyporus trimaculatus Fab. *Ent. Syst. I. II.* 533. 7. *Syst. El. II.* 605. 7.

Staphyl. trimaculatus Payk. *Faun. Suec. III.* 422. 68.

Tachinus trimaculatus Gyll. *Ins. Suec. II.* 275. 21. — Sahlb. *Ins. Fenn. I.* 306. 20. — Zetterst. *Ins. Lappon.* 58. 12.

Staphyl. littoreus Payk. *Mon. Staph.* 80. 55.

Habitat in Suecia, Fennia, Dom. Schüppel.

Sequentibus affinis, at maior, B. cernuo aequalis, medio tamen latior, et apicem utrumque versus magis angustatus. Antennae capitis thoracisque prope longitudine, apice parum crassiores, articulo tertio secundo paulo longiore, 5—10 leviter obconicis, subaequalibus, ultimo elongato-subovato, apice acuminato, testaceae, medio magis minusve fusciscentes. Caput breviusculum, laevissimum, nigrum, nitidum, ore testaceo. Thorax basi coleopteris distincte angustior, apicem versus leviter angustatus, apice dimidio quam basi angustior, latitudine baseos parum brevior, basi et lateribus parum rotundatus, angulis posterioribus obtusis subrotundatis, laevissimus, nitidus, rufo-testaceus, disco longitudinali basin versus angustato nigro. Scutellum laevissimum, nigrum. Elytra thorace sesqui longiora, luteo-testacea, nitida, angulo posteriore exteriore a suturae apice inde usque ad lateris medium margineque toto inflexo nigerrimo, stria dorsali ordinaria circiter 12-punctata. Abdomen breviusculum, sparsim fortius punctatum, pube longiore depressa grisea parcius vestitum, nigrum, nitidum, segmentis singulis margine apicali piceo-testaceo. Pectus nigerrimum. Pedes testacei, coxis anterioribus concoloribus, posticis nigris, margine posteriore albido, tarsis anticis in utroque sexu simplicibus.

Obs. Differt a B. trinotato et pygmaeo elytrorum stria dorsali multipunctata, a B. exoleto statura multo maiore et duplo latiore ut et colore.

- * 19. *B. trinotatus*: Testaceus, nitidus, capite, elytrorum macula scutellari aliaque postica nigris, antennis fuscis, basi testaceis, elytris serie dorsali multipunctata. — Long. 2 lin.

Er. Col. March. I. 309. 8.

Staph. bimaculatus Schrank *Faun. Boic. I.* 644. 872. (forte)

Habitat in Germania.

Antennae capitis thoracisque longitudine, apice leviter crassiores, articulis 2 et 3 longitudine aequalibus, 4—10 subobconicis, sensim paululum brevioribus et crassioribus, ultimo ovato, apice acuminato, pilosae, fuscae, articulis 4 primis dilute testaceis. Caput oblongum, nigrum, nitidum, labro, palpis reliquisque oris partibus dilute testaceis. Thorax basi coleopteris

angustior, apice basi vix dimidio angustior, latitudine baseos parum brevior, basi et lateribus medio leviter rotundatus, angulis posterioribus obtusis, laevissimus, rufo-testaceus, nitidus. Scutellum testaceum. Elytra thorace plus sesqui longiora, flavo-testacea, nitida, macula communi circa scutellum aliaque sat magna intra angulum apicalem anteriorem rotundatis nigris, saepius magis minusve obsolete, serie dorsali ordinaria punctis circiter 8—9 composita. Abdomen rufo-testaceum, segmentis singulis rarius basi piceis, nitidum, supra punctis raris impressum, subtus crebrius fortiter punctatum. Pectus nigrum, nitidum. Pedes flavo-testacei, coxis anterioribus concoloribus, posticis nigris, margine postico testaceo, tarsis anticis in utroque sexu simplicibus.

Mas abdominis segmento inferiore sexto longitudinaliter obsolete impresso.

Femina abdominis segmento inferiore sexto simplice.

* 20. *B. exoletus*: Testaceus, nitidus, capite nigro, elytris macula apicali obsolete fusca, antennis ante apicem fuscis, elytris serie dorsali multipunctata. — Long. $1\frac{1}{2}$ lin.

Er. Col. March. I. 409. 9.

Habitat in Germania, ipse, in Gallia, Dom. Dr. Aubé, in Sardinia, Dom. Prof. Gené.

Statura sequentis et maioribus eius individuis aequalis, at paulo angustior. Antennae capite thoraceque paulo longiores, apice leviter crassiores, articulo tertio secundo paulo longiore, 5—10 leviter obconicis, aequalibus, ultimo ovato, apice acuminato, testaceae, ante apicem paulo obscuriores. Caput breviusculum, nigrum, nitidum, oris partibus testaceis. Thorax basi coleopterorum latitudine, apice dimidio fere angustior, latitudine baseos vix brevior, basi parum, lateribus leviter rotundatus, angulis posterioribus obtusis, testaceus, nitidus. Scutellum testaceum. Elytra thorace plus sesqui longiora, thoracis basi haud latiora, testacea, nitida, apice macula transversa fusca obsolete, in angulo exteriori sita, notata, margine apicali summo plerumque testaceo, serie dorsali ordinaria punctis sat confertis, numero circiter 12—14 composita. Abdomen utrinque parce punctatum, testaceum, nitidum, segmentis singulis basi obscurioribus. Pectus piceum. Pedes flavi, coxis anterioribus concoloribus, posticis piceis, margine postico dilutiore, tarsis anticis in utroque sexu simplicibus.

Mas abdominis segmento inferiore sexto apice summo submarginato.

Femina abdominis segmento inferiore sexto apice rotundato.

Variat thoracis disco piceo, elytrorum macula nigerrima, maiore, ultra elytri tertiam partem dilatata.

Obs. Praecedenti et sequenti admodum affinis, ab illo autem statura minore, angustiore, capite brevior etc., ab hoc elytrorum serie dorsali multipunctata satis distinctus.

* 21. *B. pygmaeus*: Piceo-testaceus, nitidus, capite elytrorumque macula angulari nigris, antennis fuscis, basi testaceis, elytrorum serie dorsali parumpunctata. — Long. $1\frac{1}{3}$ — 2 lin.

Mannerh. Brachelytr. 65. 10. — Botsd. et Lacord. Faun. Ent. Paris. I. 499. 3. — Er. Col. March. I. 410. 10.

Oxyporus pygmaeus Fab. Spec. Ins. I. 339. 4. Mant. Ins. I. 222. 5. Ent. Syst. I. II. 534. 13. Syst. El. II. 606. 12. — Panz. Ent. Germ. 360. 10. Faun. Germ. 27. 19.

Tachinus pygmaeus Gyll. Ins. Suec. II. 277. 22. — Zetterst. Faun. Lappon. I. 66. 11. Ins. Lappon. 58. 13. — Sahlb. Ins. Fenn. I. 306. 21.

Oxyporus thoracicus Fab. Spec. Ins. I. 338. 3. Mant. Ins. I. 222. 4. Ent. Syst. I. II. 534. 12. Syst. El. II. 606. 12. Panz. Ent. Germ. 360. 9.

Tachinus melanocephalus Grav. Micr. 144. 16. Mon. 27. 7. — Latr. Hist. nat. Crust. et Ins. IX. 398. 16.

Staphyl. melanocephalus Marsh. Ent. Brit. 523. 73. (forte)

Staphyl. trimaculatus var. β , γ Payk. Faun. Suec. III. 422. 68.

Boletobius merdarius Runde Brachelytr. Hal. 26. 2.

Staph. pallidus Rossi Faun. Etr. Mant. 99. 221. (Ed. Hellw. I. 444. 221.) forte.

Habitat in Europa.

Magnitudo variat, specimina maxima B. trinotato aequalia, pleraque autem duplo minora et ultra. Antennae capite thoraceque breviores, apice crassiores, articulis 2 et 3 aequalibus, 5—10 subobconicis, sensim paulo crassioribus, ultimo compresso, breviter ovato, apice obtuso, fuscae, articulis 5 primis testaceis. Caput breviusculum, nigrum, nitidum, ore testaceo. Thorax basi coleopteris paulo angustior, apice duplo prope quam basi angustior, latitudine baseos paulo brevior, basi et lateribus leviter rotundatus, angulis posterioribus obtusis, laevissimus, testaceus, nitidus, disco magis minusve picescente. Scutellum piceo-testaceum. Elytra pallide testacea, nitida, macula magna rotundata intra angulum apicalem, rarius obsolete, picea, nonnunquam etiam circa scutellum picescentia, serie dorsali ordinaria punctis sat distantibus, circiter 5—6 composita. Abdomen supra parcius, subtus crebrius sat fortiter punctatum, piceum, nitidum, apice segmentorumque singulorum margine postico rufo-testaceis, nonnunquam omnino rufo-testaceum. Pectus nigro-piceum. Pedes pallide testacei, coxis anterioribus plerumque concoloribus, rarius picescentibus, posticis nigro-piceis, margine postico testaceo, tarsis anticis in utroque sexu simplicibus.

Mas abdominis segmento sexto inferiore medio obsolete tuberculato, pone tuberculum leviter longitudinaliter impresso.

Femina abdominis segmento inferiore sexto simplice.

Variat rarius thorace abdomineque omnino nigro-piceis, frequentius omnino testaceus, capite solo nigro.

Species mihi invisae.

22. *B. pulchellus*: Rufo-testaceus, nitidus, capite, antennarum medio, pectore, elytrorum fascia postica anoque nigris.

Mannerh. Brachelytr. 64. 8.

Habitat in Fennia, prope Aboam.

B. atricapillo similis, paulo tamen angustior et aliter coloratus. B. lunulato etiam affinis, sed quadruplo minor, nitidior et respectu magnitudinis angustior, antennarum articulo ultimo longiore toto pallido. (Mannerh.)

Mycetoporus Mannerh.

Mannerh. Brachelytr. p. 62.

Ischnosoma Steph. Illustr. V. p. 168.

Antennae 11-articulatae, filiformes.

Palpi maxillares articulo ultimo subulato.

Ligula integra, apice rotundata.

Elytra pectori longitudine aequalia.

Tarsi 5-articulati.

Corpus elongatum, aut lineare aut utrinque attenuatum, utrinque deorsum curvatum, alatum. Caput thoraci immissum, deflexum, oculis rotundatis, parum prominulis. Labrum subquadratum, apice leviter emarginatum. Mandibulae parvae, apice incurvae, acutae, interne basi membrana ciliatae. Maxillae (t. IV. f. 7. b.) malis coriaceis, interiore interne, exteriori apice barbatis. Palpi maxillares leviter elongati, articulo primo minuto, secundo tertioque inter se longitudine subaequalibus, subobconicis, tertio reliquis crassiore, quarto minuto, tenui, subulato. Labium (t. IV. f. 7. a.) mento transversum, parte membranacea ante palporum basin sat elongata, ligula rotundata, membranacea, paraglossis ligulae connatis, non nisi linea ciliata distinguendis, eamque haud superantibus. Palpi labiales breviusculi, crassiusculi, articulo primo cylindrico, secundo brevior, subgloboso, tertio minuto, subulato. Antennae ante mandibularum basin insertae, filiformes, apicem versus magis minusve incrassatae. Thorax coleopterorum fere latitudine, antrorsum angustatus, latitudine parum brevior, lateribus rotundatus, basi truncatus, antice pro receptione capitis leviter emarginatus, transversim convexus. Scutellum triangulare. Elytra apice truncata, angulo apicali exteriori oblique truncata. Abdomen aut lineare aut apicem versus sensim attenuatum, deorsum curvatum. Pedes breviusculi, coxis intermediis valde approximatis, posticis amplis, parallelipedis, scutatis, tibiis omnibus spinulosis, tarsis 5-articulatis, posterioribus elongatis, gracilibus, articulo primo elongato, anticis crassiusculis, articulo primo reliquis paulo longiore, in utroque sexu simplicibus.

O b s e r v a t i o n e s.

1. Genus praecedenti proximum, at ligula integra et palporum maxillarum articulo ultimo subulato sat distinctum.

2. Caput laevissimum, thorax laevissimus, margine punctis singulis, dorso saepius punctis nonnullis inter medium et latera sitis, apice semper punctis quatuor transversim positus, margine anteriori magis minusve approximatis impressus, scutellum laevissimum, elytra punctorum seriebus tribus ordinariis, una suturali, secunda dorsali, tertia marginali; abdomen parcius fortiusque punctatum.

3. Mas plerumque antennis apice paulo crassioribus et abdominis segmento inferiore sexto minus rotundato, septimoque igitur conspicuo distinguendus.

4. Victus in silvis, sub muscis et foliis deciduis.

* 1. *M. splendens*: Oblongus, niger, antennis brevioribus, subclavatis, thorace disco laevissimo, pedibus elytrisque rubris, his punctorum serie dorsali simplice. — Long. 2 lin.

Er. Col. March. I. 411. 1.

Staphyl. splendens Marsh. Ent. Brit. 524. 75.

Habitat in Germania.

Habitu fere Boletobii cernui, at paulo minor, niger, nitidus. Antennae capite thoraceque paulo breviores, apicem versus fortius incrassatae, apice subcompressae, articulo tertio secundo paulo longiore, 4 — 6 obconicis, sensim crassioribus et paulo brevioribus, 7 — 10 transversis, ultimo breviter

ovato, pilosae, fuscae, articulis duobus primis testaceis. Palpi testacei. Caput breve, subrotundatum. Thorax basi coleopterorum prope latitudine, apice dimidio angustior, latitudine baseos parum brevior, lateribus modice, basi leviter rotundatus, angulis posterioribus rotundatis, modice convexus, ad apicem punctis quatuor transversim positus impressus. Elytra thorace paulo longiora, punctorum seriebus tribus ordinariis, interstitiis laevissimis, saturate rufa, nitida, margine laterali nigro. Abdomen apicem versus leviter attenuatum, pilis brevibus depressis parce pubescens, segmentis singulis fortius punctatis, apice laevioribus, margine postico rufo-piceo. Pedes anteriores rufi, postici rufo-picei, femoribus nigricantibus.

* 2. *M. punctus*: Oblongus, niger, pedibus antennisque testaceis, his ante apicem fusciscentibus, thorace rufo, disco utrinque punctis duobus, elytris rubris, lateribus nigris, intra seriem dorsalem punctis nonnullis impressis. — Long. 2 lin.

Mannerh. Brachelytr. 63. 5. — Er. Col. March. I. 412. 2.

Tachyporus punctus Gyll. Ins. Suec. II. 248. 13. — Zetterst. Ins. Lapp. 56. 11.

Tachinus punctus Grav. Mon. 27. 5. (forte)

Habitat in Germania.

Statura omnino praecedentis, punctura vero *M. lepidi*. Antennae capite thoraceque parum breviores, apicem versus leviter incrassatae, articulo tertio secundo paulo longiore, 5 — 10 subcylindricis, sensim paululum brevioribus et crassioribus, penultimis crassitie parum brevioribus, ultimo ovato, apice subacuminato, testaceae, ante apicem flavo-testaceum fusciscentes. Caput breviusculum, nigro-piceum, ore testaceo. Thorax basi coleopterorum fere latitudine, apice duplo angustior, latitudine baseos paulo brevior, basi et lateribus leviter rotundatus, angulis posterioribus subrotundatis, leviter convexus, dorso utrinque punctis duobus, a margine laterali et a medio aequaliter remotis, apice punctis quatuor, transversim positus, notatus, rufus, nitidus. Scutellum piceum, nitidum. Elytra thorace sesqui prope longiora, punctorum seriebus tribus ordinariis, punctis sat distantibus, et praetera interstitio interiore punctis nonnullis, saepius seriem dorsalem accessoriam constituentibus impressa, rufa, nitida, margine laterali nigro. Abdomen apicem versus sensim attenuatum, supra parce fortiter punctatum, parce griseo-pubescens, nigrum, segmentis singulis margine postico late rufo-piceo. Pectus nigrum. Pedes rufo-testacei.

Variat minus maturus testaceus, capite solo nigro-piceo.

* 3. *M. longulus*: Elongatus, niger, nitidus, antennis filiformibus, thorace disco utrinque puncto uno alterove impresso, pedibus elytrisque rubris, his punctorum serie dorsali simplice. — Long. 2 — 2½ lin.

Mannerh. Brachelytr. 63. 4. — Boisd. et Lacord. Faun. Ent. Paris. I. 503. 1. — Er. Col. March. I. 413. 3.

Habitat in Germania.

M. splendenti affinis, at magis elongatus, niger, nitidus. Antennae capitis thoracisque longitudine, apice parum incrassatae, articulo tertio secundo sesqui longiore, 5 — 10 sensim paulo brevioribus at parum crassioribus, omnibus, penultimis etiam, crassitie longioribus, ultimo oblongo-ovato, apice acuminato, fuscae, articulis duobus primis testaceis. Caput breve, apicem

versus angustatum, ore testaceo. Thorax basi coleopterorum latitudine, apice duplo prope angustior, latitudine baseos paulo brevior, basi, lateribus et angulis posterioribus rotundatis, leviter convexus, medio utrinque punctis duobus tribusve, apice punctis quatuor, transversim positus, impressus. Elytra thorace sesqui prope longiora, punctorum seriebus tribus ordinariis, punctis sat distantibus, interstitiis laevissimis, rufa, nitida, margine laterali summoque basali nigro. Abdomen elongatum, apicem versus sensim attenuatum, densius griseo-pubescentis, segmentis singulis crebre fortiter punctatis, margine postico rufo-piceo. Pedes anteriores rufi, postici rufo-picei, femoribus nigricantibus.

* 4. *M. lepidus*: *Elongatus, linearis, piceus, pedibus testaceis, thorace disco utrinque punctis duobus, elytris prope seriem dorsalem punctis duobus impressis.* — Long. $1\frac{1}{2}$ — 2 lin.

Mannerh. Brachelytr. 63. 1. — *Er. Col. March. I.* 413. 4.

Tachinus lepidus Grav. *Mon.* 26. 4.

Tachyporus lepidus Gyll. *Ins. Suec. II.* 247. 12. — *Zetterst. Faun. Lappon. I.* 59. 7. *Ins. Lappon.* 55. 9. — *Sahlb. Ins. Fenn. I.* 294. 12.

Staphyl. punctato-striatus var. α — γ Payk. *Faun. Suec. III.* 417. 64.

Staphyl. merdarius Schrank *Faun. Boic. I.* 647. 884.

Staph. merdarius Fab. *Syst. Ent.* 266. 14. *Spec. Ins. I.* 337. 18. *Mant. Ins. I.* 221. 25. *Syst. El. II.* 598. 46. — *Goeze Ent. Beitr. I.* 724. 8. (*forte*)

Oxyporus merdarius Fab. *Ent. Syst. I. II.* 533. 11. (*forte*)

Var. a: Nigro-piceus, elytris rufis.

Mycetoporus lepidus Boisd. et Lacord. *Faun. Ent. Paris. I.* 504. 2.

Var. b: Nigro-piceus, elytris rufis, macula postica nigricante.

Mycetoporus bimaculatus Boisd. et Lacord. *Faun. Ent. Paris. I.* 505. 3.

Var. c: Minor, nigro-piceus, antennarum basi pedibusque picescentibus.

Tachinus tristis Grav. *Mon.* 29. 10.

Habitat in Europa.

Elongatus, angustus, linearis, plerumque iam obscure piceus, iam castaneus, vel interdum testaceus, nitidus. Antennae capitis thoracisque longitudine, apicem versus parum incrassatae, articulo tertio secundo sesqui prope longiore, 5—10 sensim paululum crassioribus at vix brevioribus, penultimis longitudine paulo crassioribus, ultimo breviter ovato, subacuminato, piceae, basi testacei. Caput breve, rotundatum, nigro-piceum, ore testaceo. Thorax basi coleopteris paulo latior, apice duplo fere angustior, latitudine baseos vix brevior, basi et lateribus modice rotundatus, angulis posterioribus obtusis, subrotundatis, modice transversim convexus, dorso utrinque punctis duobus tribusve, apice punctis quatuor, exterioribus in ipso margine, impressus. Elytra thorace paulo longiora, punctorum seriebus tribus ordinariis, punctis modice distantibus, et prope seriem intermediam interne punctis duobus impressa, plerumque corpori concolora, rarius rufa, interdum macula nigra ante apicem notata. Abdomen elongatum, parallelum, fortius punctatum, parce griseo-pubescentis. Pedes testacei vel rufo-testacei.

Obs. 1. Magnitudine et colore instabilis, statura lineari, elongata facilius cognoscitur.

2. *Staph. merdarius* Fab. secundum specimen in collectione auctoris conservatum, ad hanc speciem pertinet, cum autem ab eo Museum Banksianum citatum sit, non sine dubio descriptionem mancam allegavi.

3. *Staph. brunneus* Marsh. *Ent. Britt.* 524. 74, secundum specimen auctoris ipsius a Dom. Stephens in hoc genere enumeratus, forte ad hanc speciem pertinet. Marsham descriptionem a Paykulo mutuavit, qui hoc nomine Omalium significavit, locus Marshamianus igitur neque apud hoc neque apud illud insectum citandus.

* 5. *M. Americanus: Oblongus, niger, nitidus, antennarum basi, thorace, elytris pedibusque rufo-testaceis, thorace dorso utrinque punctis duobus impresso, elytris punctorum serie dorsali simplice.* — Long. $1\frac{1}{2}$ lin.

Habitat in America septentrionali, Dom. Zimmermann.

Habitu omnino *M. proni*, at sesqui fere maior. Antennae apicem versus incrassatae, articulo tertio secundo vix aequali, obconico, sequentibus sensim crassioribus, nigrae, basi rufo-testacei (articuli ultimi desunt). Caput parvum, breve, nigro-piceum, nitidum, ore rufo. Thorax basi coleopterorum fere latitudine, apice duplo angustior, latitudine baseos distincte brevior, basi et lateribus leviter rotundatus, angulis posterioribus obtusis, modice transversim convexus, dorso utrinque punctis duobus, a margine laterali et a medio aequaliter distantibus, et paulo ante apicem punctis 4, exterioribus margini magis approximatis, impressus, rufo-testaceus, nitidus. Scutellum demersum, piceum. Elytra thorace paulo longiora, serie dorsali sat regulari, punctis crebrioribus, interstitiis punctis impressis nullis, rufo-testacea, nitida, circa scutellum picea, margine laterali nigro. Abdomen apicem versus sensim attenuatum, crebrius fortiter punctatum, fulvo-pubescentis, nigro-piceum, segmentis singulis margine postico rufo-piceo. Pectus nigro-piceum. Pedes rufo-testacei, coxis anticis concoloribus.

Obs. *M. proni* affinis at paulo maior et thoracis punctis discoidalibus lateribus distinctus.

* 6. *M. pronus: Elongatus, rufo-testaceus, nitidus, pectore abdomineque nigricantibus, thorace disco laevissimo, elytris punctorum serie dorsali simplice.* — Long. $1\frac{1}{2}$ — $1\frac{3}{4}$ lin.

Er. Col. March. I. 414. 5.

Habitat in Germania.

M. lepidi minor minusque linearis. Antennae capite sesqui longiores, apicem versus fortiter incrassatae, articulo tertio secundo tenuiore nec longiore, obconico, sequentibus sensim crassioribus, 6—10 fortiter transversis, ultimo subgloboso, apice obtuso, rufo-testaceae, apice fusciscentes, vel fuscae, basi testaceae. Caput breviusculum, rufo-testaceum, vertice interdum piceo. Thorax basi coleopterorum prope latitudine, apice duplo fere angustior, latitudine baseos paulo brevior, lateribus et basi leviter rotundatus, angulis posterioribus obtusiusculis, modice convexus, ante apicem punctis quatuor, transversim positus, sat distinctis, impressus, disco laevissimus, rufo-testaceus, nitidus. Elytra thorace parum longiora, punctorum seriebus tribus ordinariis, interstitiis laevissimis, rufo-testacea, nitida. Abdomen apicem versus leviter attenuatum, parce fortiter punctatum, parce griseo-pubescentis, nigro-piceum, nitidum, apice segmentorumque singulorum margine postico rufis. Pectus nigro-piceum. Pedes testacei.

Mas abdominis segmento inferiore sexto apice truncato, antennisque crassioribus cognoscitur.

Variat **1**, Elytris circa scutellum et margine laterali nigricantibus. Genuinis plerumque paulo maior, colore saturatiore, et antennis minus fortiter incrassatis, praecipue in feminis.

2, Capite, ore excepto, piceo. Elytra saepius ut in var. **1**, nonnunquam pone medium macula discoidali fusciscente notata. Genuinis paulo minor.

Obs. Distinguitur corporis statura fere fusiformi, antennis crassis vel crassiusculis, elytrorum serie punctorum dorsali simplice et thoracis disco punctis lateralibus nullis, punctis ad apicem impressis autem spatio quodam a margine anteriore remotis.

* **7. M. nanus**: *Oblongus, niger, nitidus, antennarum basi pedibusque piceis, thorace disco laevissimo, elytris serie punctorum dorsali sesquialtera.* — Long. $1\frac{1}{2}$ lin.

Er. Col. March. I. 415. 6.

Tachinus nanus Grav. Mon. 28. 8.

Habitat in Germania, Polonia.

Habitu praecedentis omnino, at paulo minor, niger, nitidus. Antennae capite thoraceque breviores, apicem versus leviter incrassatae, articulo tertio secundo vix longiore, sequentibus sensim paululum crassioribus, penultimis vix transversis, ultimo breviter ovato, apice obtusiusculo, compresso, nigrae, basi piceae. Caput oblongum, ore cum palpis piceo. Thorax basi coleopterorum latitudine, apice duplo angustior, latitudine baseos haud brevior, basi et lateribus leviter rotundatus, angulis posterioribus obtusis, modice convexus, apice punctis quatuor transversim positus impressus, disco laevissimo. Elytra thorace paulo longiora, punctorum seriebus tribus ordinariis, serie intermedia punctis crebrioribus composita, interne punctorum serie accessoria dimidia approximata quasi duplicata, margine apicali piceo. Abdomen apicem versus sensim angustatum, parce subtiliter punctatum, parce griseo-pubescentis, segmentis singulis margine postico piceis. Pedes picei.

Variat. Thorace elytris piceis, rufo-piceis, vel testaceis: his caput piceum, ore testaceo, antennae testaceae, basi dilutiores, pedes testacei.

Obs. **1**. Specimen thorace elytris rufo-testaceis pro *Tachini nani* typo benevole communicavit Dom. Prof. Gravenhorst, hoc synonymum igitur indubium, quamvis descriptio anceps videtur: thorax enim punctis **2** dorsalibus impressus potius ad *M. lepidum* spectare videtur. Color etiam typi mihi communicati aegre cum descriptione convenit.

2. A praecedente differt statura paulo minore, antennis parum incrassatis, thoracis punctis ad apicem impressis margini anteriori approximatis, elytrorum seriebus crebre punctatis, intermedia quasi duplicata.

* **8. M. lucidus**: *Oblongus, piceus, nitidus, thorace disco medio laevissimo, elytris dorso vage punctatis.* — Long. 2 lin.

Er. Col. March. I. 415. 7.

Habitat in Germania.

M. lepidum longitudine fere aequalis, at in elytris duplo latior, utrinque attenuatus, fusiformis. Antennae capite duplo longiores, apicem versus le-

viter incrassatae, articulo tertio secundo paulo longiore, sequentibus sensim paululum brevioribus et crassioribus, penultimis etiam vix transversis, ultimo breviter ovato, apice compresso, rufo-piceae, basi testaceae. Caput breviusculum, nigro-piceum, nitidum, ore testaceo. Thorax basi coleopterorum fere latitudine, apice duplo angustior, latitudine baseos paulo brevior, lateribus modice, basi leviter rotundatus, angulis posterioribus obtusis, leviter convexus, longe ante apicem punctis quatuor, transversim positus, impressus, disco laevissimus, rufo-piceus, nitidus, disco nonnunquam nigricante. Scutellum piceum. Elytra thorace sesqui longiora, striis tribus ordinariis subtiliter regulariterque punctatis, interstitio interiore vage punctato, picea, lucida. Abdomen apicem versus sensim attenuatum, nigropiceum, nitidum, segmentis singulis margine postico rufo-piceo. Pectus nigro-piceum. Pedes rufo-testacei.

Variat minus maturus colore corporis rufo-testaceo.

Obs. Elytris dorso fere 4-seriatim punctatis et thoracis punctis **4** transversalibus medio inter medium et apicem sitis valde distinctus.

* **9. M. splendidus**: *Elongatus, testaceus, verlice, elytrorum, basi, pectore abdomineque piceis, elytris serie punctorum dorsali simplice.* — Long. $1\frac{1}{2}$ — 2 lin.

Mannerh. *Brachelytr.* 63. 2. — Boisd. et Lacord. *Faun. Ent. Paris. I.* 505. 4. — Er. Col. March. I. 416. 8.

Tachinus splendidus Grav. Mon. 24. 3.

Tachyporus splendidus Gyll. *Ins. Suec. II.* 249. 13. — Zetterst. *Faun. Lappon. I.* 60. 8. *Ins. Lappon. I.* 55. 10. — Sahlb. *Ins. Fenn. I.* 295. 13.

Habitat in Europa.

Antennae elongatae, capitis thoracisque longitudine, apice leviter incrassatae, articulo tertio secundo sesqui longiore, **4** — **10** subobconicis, longitudine subaequalibus et sensim perparum crassioribus, ultimo ovato, testaceae, articulo secundo sequentibusque nonnullis fuscis. Caput elongatum, rufo-testaceum, basi plerumque piceum. Thorax basi coleopterorum fere latitudine, apice dimidio angustior, latitudine baseos paulo brevior, lateribus modice, basi vix rotundatus, angulis posterioribus obtusis, vix rotundatis, leviter convexus, apice punctis quatuor transversim positus notatus, disco laevissimus, testaceus, nitidus. Scutellum piceum. Elytra thorace sesqui prope longiora, punctorum seriebus tribus ordinariis, serie intermedia punctis sat distantibus, testacea, basi plerumque picea. Abdomen apicem versus leviter attenuatum, parce punctatum, undique pilosellum, fuscum, apice segmentorumque singulorum margine lato testaceis. Pectus piceum. Pedes elongati testacei.

Mas abdominis segmento inferiore sexto profunde inciso, quinto margine dense piloso.

Femina abdominis segmento inferiore sexto integro, apice leviter rotundato, quinto simplice.

Variat **1**, capite nigro-piceo, ore solo testaceo, elytris basi ultra medium piceis.

2, Corpore rufo-testaceo. Hic plerumque genuinis sesqui maior, ceterum autem nullo modo distinctus videtur.

Obs. *M. pallidulus* Mannerh. Brachelytr. 63. 3, „*M. splendido minor, angustior, elytrorum striis vix conspicuis et articulo antennarum ultimo brevior*” vix satis ab hoc differe videtur, forte nonnisi sexu distinctus.

Tanygnathus Er.

Er. Col. March. I. p. 417.

Antennae 11-articulatae.

Palpi maxillares elongati, filiformes.

Elytra pectori longitudine aequalia.

Tarsi 4-articulati.

Corpus oblongum, utrinque attenuatum, alatum. Corpus thoraci immisum, deflexum, oblongum, oculis mediocribus, ovalibus, parum prominulis. Labrum amplum, apice leviter emarginatum, membranaceum. Mandibulae longae, tenues, falcatae, decussatae. Palpi maxillares valde elongati, tenues, articulo primo minuto, reliquis tribus inter se longitudine aequalibus, ultimo acuminato. Palpi labiales articulo primo secundo paulo brevior, hoc cylindrico, tertio hoc paulo brevior, tenui, acuminato. Antennae capite thoraceque longiores, subrefractae, filiformes, apicem versus haud incrassatae, articulis cylindricis, primo leviter elongato, 2—10 subaequalibus, ultimo iterum paulo longiore, apice acuminato. Thorax transversus, basi coleoptera amplectens, apicem versus angustatus. Scutellum sat magnum, triangulare. Coleoptera apice coniunctim leviter late emarginata, ad angulum exteriorem profundius excisa. Abdomen apicem versus angustatum, pilosellum. Pedes breviusculi, validiusculi, intermedii basi approximati, coxis posticis parvis, angustis, interne scuti instar productis, femorum insertionem obtegentibus, tibiis parce spinulosis, tarsis 4-articulatis, omnibus simplicibus, articulo primo modice elongato, quarto haud brevior, sequentibus duobus sensim minoribus, quarto tenui.

Observationes.

1. Oris structuram accuratius examinare nondum mihi contigit, genus autem satis distinctum, mandibulis elongatis, falciformibus, decussatis a reliquis huius tribus discedens, habitu intermedium inter Tachyporum et Heterothopem, elytris pectore non longioribus, apice ad angulum exteriorem profunde sinuatis *Oxy-poda* quodammodo referens.

2. Caput et thorax laevissima, glaberrima, polita, hoc punctorum pari uno alterove notato; scutellum, elytra et abdomen punctata et pubescentia.

3. Sexus differentia latet.

4. De victu nihil constat.

* 1. *T. terminalis*: Niger, nitidus, thorace piceo, palpis, pedibus elytrorumque margine postico rufis, antennis elongatis, nigris, articulo primo testaceo. — Long. $1\frac{3}{4}$ lin.

Tab. 1. f. 4.

Er. Col. March. I. 418. 1.

Habitat Berolini, rarissimus.

Antennae capite thoraceque longiores, nigrae, apice fusciscentes, articulo primo testaceo. Oris partes testaceae. Caput laevissimum, nigrum, nitidum. Thorax basi coleopterorum latitudine, antrorsum angustatus, basi et lateribus leviter rotundatus, angulis posterioribus obtusis, latitudine baseos

paulo brevior, transversim convexus, dorso medio utrinque puncto singulo impressus, ceterum laevissimus, nitidus, disco nigro-piceo, margine laterali basali que late rufo-piceis. Scutellum confertim subtiliter punctatum, tenuiter pubescens, nigrum. Elytra thorace paulo longiora, confertim subtiliter punctata, pube tenui depressa grisea densius vestita, nigra, parum nitida, margine apicali tenui rufo. Abdomen minus subtiliter minusque dense punctatum, minus subtiliter griseo-pubescens, pilis raris rigidis nigris sparsum, nigrum, subnitidum, segmentis singulis rufo-marginatis. Pectus nigrum. Pedes rufo-testacei, coxis anticis concoloribus.

* 2. *T. collaris*: Niger, nitidus, thorace, scutello palpis pedibusque rufo-testaceis, antennis testaceis, medio fuscis. — Long. $1\frac{3}{4}$ lin.

Habitat in Guyana Venezuelensi, Dom. Moritz.

Statura omnino praecedentis, at paulo minor. Antennae capitis thoracisque longitudine, articulo primo testaceo, sequentibus fuscis, ultimis 3 vel 4 ferrugineis. Oris partes pallide testaceae. Caput nigrum, nitidum. Thorax basi coleopterorum latitudine, apicem versus leviter angustatus, basi et lateribus leviter rotundatus, angulis posterioribus obtusis, latitudine parum brevior, transversim convexus, dorso medio et apice utrinque puncto singulo impressus, ceterum laevissimus, rufo-testaceus, nitidus. Scutellum confertim subtiliter punctatum, rufo-testaceum. Elytra thoracis longitudine, confertim subtiliter punctata, pube subtili depressa cinerea vestita, nigra, parum nitida, margine apicali rufescente. Abdomen creberrime subtilius punctatum, fortius densiusque griseo-pubescens, nigro-piceum, subnitidum, segmentorum marginibus rufo-piceis. Pectus piceum. Pedes testacei, coxis anterioribus concoloribus.

Variat thorace piceo, marginibus piceo-rufis.

3. *T. laticollis*: Rufo-piceus, nitidus, capite, thoracis disco elytrisque nigro-piceis, thorace coleopteris latiore. — Long. 2 lin.

Habitat in Amer. mer. ins. St. Vincentii, Mus. Dom. Hope.

Antennae capite thoraceque longiores, testaceae, apice flavae. Oris partes pallide testaceae. Caput laevissimum, fusco-piceum, nitidum. Thorax basi coleopteris multo latior, apicem versus fortiter angustatus, basi modice, lateribus fortiter rotundatus, angulis posterioribus rotundatis, latitudine baseos plus dimidio brevior, leviter transversim convexus, dorso ante medium et prope basin utrinque puncto singulo minuto subtiliter impressus, punctis posterioribus multo magis distantibus, ceterum laevissimus, piceus, nitidus, margine omni rufescente. Scutellum parce subtilissime punctatum, piceum. Elytra thorace paulo breviora, parcius subtiliter obsoleteque punctata, tenuiter subtiliterque pubescentia, margine laterali nigro-pilosello, picea, nitida, margine summo apicali rufescente. Abdomen crebrius subtiliter punctatum, longius griseo-pubescens, piceo-rufum, nitidulum. Pectus piceo-rufum. Pedes testacei, femoribus anticis basi lineola longitudinali nigra.

Tribus tertia.

S t a p h y l i n i n i .

Stigmata prothoracica conspicua.

Antennae in frontis margine anteriore insertae.

Labrum plerisque bilobum, saepius limbo exteriore membranaceo coriaceove, piloso.

Mandibulae magis minusve prominentes, falcatae, acutae, medio saepius dentatae, basi lacinia membranacea libera, interne ciliata instructae.

Maxillae cardine stipiteque corneis, malis membranaceis coriaceisve, interiore interne, exteriore apice fortius barbatis.

Palpi maxillares 4-articulati, articulo primo minuto, secundo tertioque magis minusve elongatis, quarto his subaequali vel securiformi vel subulato.

Mentum breve, corneum.

Labium membranaceum, exsertum.

Ligula membranacea membranaceave, minuta, iam biloba, iam integra, paraglossis magnis multo brevior plerisque;

sat magna, biloba, paraglossis nullis Platyprosopo, Oxyporo.

Palpi labiales omnibus triarticulati.

Antennae in capitis margine anteriore intra mandibularum basin insertae, 11-articulae, articulis 3 primis reliquis paulo magis elongatis, filiformes, vel apicem versus sensim paulo crassiores.

Oculi laterales, parum prominentes.

Caput exsertum, saepius porrectum, basi magis minusve constrictum.

Thorax basi lateribusque marginatus, apice truncatus, margine posteriore rotundato coleopterorum basi applicatus.

Prosternum triangulare, spatio pone coxas membraneo.

Scutellum triangulare.

Elytra pectoris longitudine.

Abdomen marginatum, segmentis sex distinctis, septimo saepius conspicuo, styliis analibus plerumque exsertis.

Pedes plerumque breviusculi, coxis anticis exsertis, conicis, posticis subconicis, trochanteribus posticis simplicibus, tibiis vel omnibus vel posterioribus saepius spinulosis, spinis apicalibus validioribus, tarsis 5-articulatis, anticis saepe dilatatis.

Sexus differentia plerumque abdominis segmento inferiore sexto maris apice emarginato vel inciso, feminae rotundato integroque obvia; tarsi antici etiam maris saepe magis quam feminae dilatati.

O b s e r v a t i o .

Remotis Lathrobiis, quae stigmatibus prothoracis occultis et antennarum insertionem differunt, haec tribus cum sectione Brachelytrorum fissilabrum Latreillei et Mannerheimii convenit, at characterem a labro derivato relinquendum putavi, in nonnullis generibus et speciebus (e. g. Quedio molochino) omnino obsoletum. Cum genere Staphylyno Gravenhorstii autem exactissime congruit tota haec tribus, antennarum insertionem et stigmatibus prothoracis conspicuis a reliquis satis determinata.

Subtribus prima.

X a n t h o l o n i n i .

Stigmata prothoracica detecta.

Antennae basi inter se non magis quam ab oculis distantes.

Labrum transversum, bilobum, lateribus coriaceum membranaceumve plerisque;

totum corneum, bilobum Sterculiae;

totum corneum, sexdentatum Scytalino;

integrum, apice membrana elongata porrecta biloba auctum Platyprosopo.

Mandibulae plerumque haud prominentes.

Maxillae mala exteriore coriacea, oblonga, apice haud dilatata Platyprosopo, Othio, Sterculiae;

apice extrorsum leviter dilatata et praeter barbam introrsum vergentem setosa Holiso, Diocho, Xantholino, Leptacino;

segmento inferiore corneo apice extrorsum fortiter dilatato Scytalino.

Palpi maxillares filiformes Platyprosopo, Othio, Sterculiae, Scytalino, Xantholino;

articulo ultimo subulato Holiso, Diocho, Leptacino.

Ligula minuta, integra, rotundata Othio, Holiso, Sterculiae, Scytalino, Xantholino;

minuta, rotundata, medio incisa Diocho, Leptacino;

magna, biloba Platyprosopo.

Paraglossae ligula multo longiores, ciliatae plerisque;

nullae Platyprosopo.

Palpi labiales filiformes Platyprosopo, Othio, Xantholino;

articulo ultimo securiformi Sterculiae, Scytalino;

articulo ultimo subulato Holiso, Diocho, Leptacino.

Antennae rectae Platyprosopo, Othio, Holiso, Diocho;

fractae Sterculiae, Scytalino, Xantholino, Leptacino.

Caput collo quasi tenui brevique thoraci affixum plerisque;
basi modice constrictum, thoraci insertum Othio;
basi haud aut leviter constrictum, thoraci insertum Platyprosopo.

Thorax oblongus, apice truncatus plerisque;
oblongus vel elongatus, apice attenuatus Sterculiae;
trapezoideus Holiso.

Elytra sutura integerrima Platyprosopo, Othio, Holiso, Diocho;
sutura imbricata Sterculiae, Scytalino, Xantholino, Leptacino.

Abdomen elongatum, plerisque lineare.

Pedes breviusculi plerisque;
elongati Sterculiae;
intermedii basi approximati Platyprosopo, Othio, Holiso, Diocho,
Leptacino * et ****;
basi distantes Sterculiae, Scytalino, Xantholino, Leptacino ** et ***,
tibiis omnibus spinulosis Othio, Holiso, Diocho;
anticis externe incrassatis et muricato-spinulosis, Scytalino, Xantho-
lino, Leptacino;
anticis inermibus Platyprosopo;
omnibus inermibus vel subtilissime spinulosis Sterculiae;
tarsis breviusculis,
anticis simplicibus Holiso, Sterculiae, Scytalino, Xantholino,
Leptacino * et **;
anticis dilatatis Platyprosopo, Othio, Diocho, Leptacino *** et ****.

Observationes.

1. Antennarum structura et elytrorum sutura in duas sectiones haec subtri-
bus dividi potest, altera antennis rectis et elytrorum sutura integerrima
Platyprosopum, Othium, Holisum et Diochum, altera antennis fractis et
elytrorum sutura imbricata Sterculiam, Scytalinum, Xantholinum et Lepta-
cinum continente. Exceptis paucis Leptacini speciebus genera illa coxis interme-
diis approximatis, haec coxis intermediis distantibus conveniunt. Platyprosopus
labri ligulaeque structura magis forte discrepat.

2. Corpus plerumque magis quam in Staphylininis genuinis elongatum, a qui-
bus haec subtribus praecipue antennarum insertione distinguitur.

* Antennae rectae. Elytrorum sutura integerrima.

Platyprosopus Mannerh.

Mannerh. Brachelytr. p. 36.

Antennae rectae.

Ligula biloba; paraglossae nullae.

Palpi omnes filiformes.

Corpus elongatum, alatum. Caput sat magnum, thoracis fere latitudine,
porrectum, basi haud constrictum, oculis parvis, haud prominulis. Labrum
(t. IV. f. 25. c.) transversum, membrana biloba, antrorsum producta auctum,
lobis acuminatis. Mandibulae sat validae, medio bidentatae. Maxillae (t.
IV. f. 25. b.) mala interiore membranacea, interne barbata, exteriori elon-
gata, portione basali cornea, apicali membranacea, apice barbata. Palpi ma-
xillares articulo primo brevior, reliquis longitudine subaequalibus. Labium
(t. IV. f. 25. a.) mento transversum, ligula sat elongata, membranacea, biloba,

lobis margine interiore ciliatis, paraglossis nullis. Palpi labiales articulo
primo secundoque leviter obconicis, hoc paulo maiore, tertio iterum paulo
maiore, apice truncato. Antennae basi ab oculis magis quam inter se di-
stantes, rectae, apicem versus sensim attenuatae, articulo primo leviter elon-
gato, secundo obconico, sequentibus sensim leniter decrescentibus, ultimo
apice oblique truncato submarginatoque. Thorax coleopteris latitudine ae-
qualis vel amplior, basi lateribusque rotundatus. Scutellum sat magnum,
triangulare. Elytra apice oblique introrsum truncata, sutura integerrima.
Abdomen elongatum, apice attenuatum. Pedes breviusculi, validiusculi, ti-
biis posterioribus spinulosis, anticis dense pubescentibus, tarsis anticis dila-
tatis, posterioribus articulo primo elongato, sequentibus tribus triangularibus,
sensim paululum minoribus.

Observationes.

1. Capite basi haud constricto et thorace ampliore ad Tachyporinos habitu,
oris structura quodammodo ad Oxytelinos et Omalinos accedit, stigmatibus
autem prothoracis detectis conspicuisque et antennarum insertione ab iis distingui-
tur. Corporis habitu Xantholininos cum Tachyporinis coniungit.

2. In hac subtribu hoc genus valde insigne labro haud sinuato, processu mem-
brano valde elongato bilobo aucto, et ligula biloba, paraglossis omnino nullis, qua
nonnisi cum Oxypro, generi altero hanc tribum terminante, congruit.

3. Mas abdominis segmento inferiore sexto apice emarginato, femina rotun-
dato distinguuntur.

* 1. *P. beduinus*: Niger, fusco-pubescent, capite thoraceque glabris, pe-
dibus rufis. — Long. $6\frac{1}{2}$ — 9 lin.

Nordm. Symb. 133. 1.

Habitat in Nubia, Dom. Prof. Ehrenberg.

Corpus elongatum, subdepressum, nigrum, nitidum, capite thoraceque
nitidis. Antennae capite thoraceque paulo breviores, articulo secundo ter-
tio dimidio brevior, rufo-piceae, apice dilutiores, articulo secundo nigri-
cante. Oris partes rufae. Caput magnum, coleopterorum latitudine, sub-
ovatum, supra parum convexum, versus latera dense subtiliter, medio parcius
subtilissime punctatum, utrinque punctis paucis maioribus sparsum et pun-
cto singulo grossiusculo notatum, glabrum, lateribus et infra confertissime
punctatum, fusco-pubescent. Thorax capite et coleopteris latior, latitu-
dine tertia parte brevior, basin versus subangustatus, lateribus leviter rotun-
datis, basin versus subsinuatis, basi leviter rotundatus, apice truncatus, an-
gulis posterioribus obtusis, anterioribus rectis, leviter deflexis, leviter trans-
versim convexus, confertim subtilissime punctatus, medio utrinque inter
medium et latera puncto singulo grossiusculo notatus, glaberrimus. Elytra
thorace tertia parte breviora, subdepressa et scutellum confertissime subti-
liter punctata, pube depressa fusco-grisea densius vestita. Abdomen co-
leopteris paulo angustius, apicem versus sensim attenuatum, confertissime
subtiliter punctatum, punctis raris maioribus sparsum, pube depressa griseo-
fusca dense obductum, parce pilosum, segmento quinto margine apicali,
sexto supra apice, infra toto, septimoque obscure rufis. Pedes rufi, coxis
anticis concoloribus.

* 2. *P. elongatus*: Niger, griseo-pubescent, thorace glabro coleopterorum latitudine, his antennis pedibusque rufis. — Long. 6 lin.

Mannerh. Brachelytr. 36. 1. — Nordm. Symb. 154. 2.

Habitat Grusia, Dom. Marschall a Bieberstein, in Chersoneso Taurica, Dom Schüppel.

Elongatus, subdepressus, niger. Antennae capite thoraceque paulo breviores, articulo tertio secundo sesqui longiore, dilute rufi. Oris partes rufae. Caput thoracis latitudine, oblongum, lateribus subrectis, supra leviter convexum, creberrime subtilius punctatum, linea tenui media longitudinali laeviore, pube depressa grisea densius vestitum. Thorax coleopteris vix latior, latitudine sesqui prope longior, lateribus vix rotundatis, pone medium subsinuatis, basi modice rotundatus, apice truncatus, angulis posterioribus subrotundatis, anterioribus rectis, parum convexus, parce subtilissime punctatus, punctorum maiorum seriebus quatuor longitudinalibus notatus, seriebus intermediis 5—6-, lateralibus 3-punctatis, glaberrimus, limbo laterali confertissime subtiliter punctato, griseo-pubescente. Elytra thorace paulo longiora et scutellum testaceo-rufa, dense subtiliter punctata, pube depressa fulvescentigrisea obducta. Abdomen elongatum, dense subtiliter punctatum, segmentis singulis margine apicali, ultimo apice latiore rufo-piceis. Pectus rufo-piceum. Pedes cum coxis anterioribus rufi.

Othius Leach.

Steph. Illustr. V. p. 253. — Er. Col. March. I. p. 420.

Cafius Boisd. et Lacord. Faun. Ent. Paris. I. p. 411.

Antennae rectae.

Ligula integra; paraglossae lineares.

Palpi omnes filiformes.

Corpus mediocre, elongatum, lineare, alatum. Caput subovale, basi modice constrictum, collo brevi angusto thoraci insectum, oculis parvis, rotundatis, haud prominulis. Labrum angustum, transversum, medio incisum. Mandibulae breves, medio obtuse dentatae. Maxillae (t. IV. f. 24. b.) mala interiore ampliore membranacea, interne barbata, exteriori tenuiore, basi cornea, subcylindrica, apice coriacea, barbata. Palpi maxillares articulo primo minuto, secundo tertioque longitudine subaequalibus, quarto minore, subacuminato. Labium (t. IV. f. 24. a.) mento transversum, ligula rotundata, integra, membranaea, paraglossis divergentibus, membranaceis, interne ciliatis, ligulam superantibus. Palpi labiales articulis sensim paulo longioribus, ultimo apice subacuminato. Antennae basi ab oculis totidem atque inter se distantes, breviusculae, filiformes, rectae, articulo primo modice elongato, secundo tertioque obconicis, ultimo ovato-subacuminato. Thorax oblongus, basi rotundatus, apice truncatus. Scutellum triangulare. Elytra apice truncata, sutura integerrima. Abdomen lineare. Pedes breves, coxis intermediis contiguis, tibiis spinulosis, tarsis posterioribus articulo primo leviter elongato, anticis articulis 4 primis dilatatis, subtus spongioso-tomentosis.

Observationes.

1. A Xantholinis, quibuscum a plerisque auctoribus coniungitur, hoc genus distinctum antennis rectis, elytrorum sutura integerrima, coxis intermediis approximatis et tarsis anticis dilatatis.

2. Dom. Lacordaire recte quidem hoc genus a Xantholino distinxit, nomine autem Cafii, ab Anglis auctoribus aliis huius tribus speciebus tributo, errore quodam inductus, usus est. Com. Dejean in recentissimo collectionis suae Catalogo idem hoc genus nomine Sauriodes distinxit, nomen autem Anglis prius usitatum praevallere debet.

3. Mas abdominis segmento sexto subtus apice leviter emarginato, femina rotundato distinguuntur.

4. Victus in silvis sub musco, foliis deciduis lapidibusque et sub cortice truncorum emortuorum.

* 1. *O. fulvipennis*: Niger, nitidus, antennis, pedibus, ano elytrisque rufis, his punctulatis. — Long. $4\frac{1}{2}$ — $5\frac{1}{2}$ lin.

Er. Col. March. I. 420. 1.

Paederus fulvipennis Fab. Ent. Syst. I. II. 537. 4. Syst. El. II. 609. 4. — Panz. Ent. Germ. 362. 5. Faun. Germ. 27. 3.

Staph. fulgidus Payk. Mon. Staph. 22. 14. Faun. Suec. III. 377. 14.

Staph. fulminans Grav. Micr. 47. 70. Mon. 105. 107. — Latr. Hist. nat. Crust. et Ins. IX. 332. 89. — Gyll. Ins. Suec. II. 357. 72. — Sahlb. Ins. Fenn. I. 334. 71.

Gyrohypn. fulminans Mannerh. Brachelytr. 33. 9. — Runde Brachelytr. Hal. II. 7. — Nordm. Symb. 119. 14.

Cafius fulminans Boisd. et Lacord. Faun. Ent. Paris. I. 411.

Staph. fulvopterus Fourcr. Ent. Par. I. 167. 11. (forte)

Le Staph. à étuis marons pointillés Geoffr. Hist. Ins. I. 365. 11. (forte)

Staph. ustulatus Grav. Micr. 46. 69. — Latr. Hist. nat. Crust. et Ins. IX. 332. 88.

Habitat in Europa.

Elongatus, linearis, niger, nitidus. Antennae capite paulo longiores, articulo tertio secundo sesqui longiore, 4 — 10 sensim paulo brevioribus et crassioribus, pilosellae, rufae. Palpi rufi. Caput thoracis latitudine, oblongum, antrorsum subangustatum, angulis posterioribus fortiter rotundatis, supra parum convexum, utrinque supra oculos parce vageque punctatum, sulculis duobus anticis inter antennas leviter convergentibus, lateralibusque obliquis ante oculos brevioribus obsoletioribusque notatum, inter oculos medio obsoleto transversim impressum. Thorax coleopteris perparum angustior, latitudine sesqui longior, basin versus haud angustatus, lateribus pone medium subsinuatis, apice truncatus, angulis anterioribus deflexis, subrotundatis, dorso punctis utrinque tribus, duobus versus apicem, tertio pone medium impressus, versus margines plerumque rufescens. Scutellum laeve. Elytra vix thoracis longitudine, parcius punctata, parce subtiliterque cinereo-pubescentia, rufa, nitida. Abdomen minus crebre subtiliter punctulatum, tenuiter griseo-pubescentis, segmentis singulis margine apicali, et subtus segmento ultimo toto rufis. Pedes cum coxis rufi.

Variat thorace etiam rufo, interdum medio picescente, capite, pectore, abdominisque segmentorum singulorum basi rufo-piceis.

Obs. Staph. ustulatus Grav. specimen est coleopteris disco nigricantibus (conf. Grav. Mon. p. 106.).

* 2. *O. melanocephalus*: Piceus, capite nigro, thorace antennis pedibusque testaceis, elytris punctatis, thorace paulo brevioribus. — Long. $2\frac{1}{2}$ lin.

Er. Col. March. I. 421. 2.

Staph. melanocephalus Grav. Mon. 107. 111. — Gyll. Ins. Suec. II. 360. 74. — Sahlb. Ins. Fenn. I. 336. 73.

Gyrophypn. melanocephalus Mannerh. *Brachelytr.* 34. 15. — *Nordm. Symb.* 120. 21.

Habitat in Europa.

Antennae capite paulo longiores, articulo tertio secundo sesqui longiore, 4—10 sensim paulo brevioribus et crassioribus, testaceae. Os rufo-testaceum. Caput thorace paulo angustius, oblongo-ovatum, supra leviter convexum, utrinque supra oculos parce vage punctulatum, sulculis duobus anticis inter antenas profundioribus, subparallelis, lateralibus obliquis ante oculos omnino fere obsolete, fronte punctis 4 quadratim positis impressa, nigrum, nitidum. Thorax coleopteris perparum angustior, latitudine sesqui longior, basin versus haud angustatus, lateribus pone medium vix sinuatis, apice truncatus, angulis anterioribus deflexis, leviter rotundatis, dorso utrinque punctis duobus, altero ante, altero pone medium, testaceus, nitidus. Scutellum nigrum, laeve. Elytra thorace paulo breviora, fusco-picea, nitida, parcius profundius punctata. Abdomen subtilissime punctulatum, subtiliter parceque pubescens, piceum, nitidum, subtus segmentorum marginibus apiceque testaceis. Pectus piceum. Pedes cum coxis testacei.

* 3. *O. punctipennis*: *Niger, nitidus, pedibus testaceis, elytris punctatis, thorace paulo longioribus.* — *Long.* 2½ lin.

Staph. punctipennis Boisd. et Lacord. *Faun. Ent. Paris.* I. 409. 44.

Habitat in Austria, Helvetia, Italia, Gallia, Anglia.

Statura et summa similitudo praecedentis, niger, nitidus. Antennae capite sesqui longiores, apicem versus haud incrassatae, articulo secundo tertioque aequalibus, 4—10 sensim paulo brevioribus at vix crassioribus, penultimis leviter transversis, obscure ferrugineae, articulis tribus primis nigris. Os piceum. Caput vix thoracis latitudine, subovatum, supra parum convexum, supra oculos utrinque parce punctatum, fronte punctis quatuor quadratim positus notata, sulculis duobus anticis inter antenas parallelis, minus profundis licet sat distinctis, lateralibus ante oculos omnino nullis. Thorax ut in praecedente omnino, at nigerrimus, et puncta in dorso utrinque impressa paulo magis distantia. Scutellum laeve. Elytra thorace paulo longiora, profundius punctata, parce griseo-pubescentia, nigro-picea, margine apicali piceo-testaceo. Abdomen subtilissime parce punctulatum, tenuiter griseo-pubescentis. Pedes testacei, coxis posterioribus nigris.

Obs.-1. Praecedenti admodum affinis, praeter colorem autem antennarum articulis 2 et 3 aequalibus, capite minus oblongo, et elytris longioribus sat distinctus.

2. Nomine Othii laeviusculi Kirby (Steph. *Illustr.* V. 255. 8.) ex Anglia a Dom. Rudd benevole communicatus.

* 4. *O. pilicornis*: *Niger, nitidus, antennis pedibusque piceis, elytris laevibus, stria suturali impressa.* — *Long.* 3 lin.

Er. Col. March. I. 421. 3.

Staph. pilicornis Payk. *Mon. Car. App.* 335. 14—15. *Faun. Suec.* III. 379. 16. — *Schrank Faun. Boic.* I. 642 868. — *Gyll. Ins. Suec.* II. 359. 73. — *Sahlb. Ins. Fenn.* I. 335. 72.

Xantholinus pilicornis Zetterst. *Faun. Lappon.* I. 81. 3. *Ins. Lappon.* 66. 5.

Gyrophypn. pilicornis Mannerh. *Brachelytr.* 34. 10. — *Nordm. Symb.* 119. 16.

Var. b: Rufus, capite, elytris abdominisque segmentis duobus penultimis nigro-piceis.

Staph. pilicornis var. b Payk. *Faun. Suec.* III. 379. 16. — *Gyll. Ins. Suec.* II. 359. 73. — *Sahlb. Ins. Fenn.* I. 335. 72.

Gyrophypn. pilicornis var. b Mannerh. *Brachelytr.* 34. 10.

Staph. alternans Grav. *Micr.* 48. 72. *Mon.* 107. 109. — *Latr. Hist. nat. Crust. et Ins.* IX. 333. 91.

Gyrophypn. alternans Mannerh. *Brachelytr.* 34. 12. — *Runde Brachelytr. Hal.* 12. 8. — *Nordm. Symb.* 119. 16.

Gyrophypn. nigriceps Mannerh. *Brachelytr.* 34. 11. — *Nordm. Symb.* 120. 17.

Var. c: Fusco-rufescens, subtus dilutior, capite picescente.

Staph. pilicornis var. Payk. Faun. Suec. III. 380. 16. — *Gyll. Ins. Suec.* II. 359. 73. — *Sahlb. Ins. Fenn.* I. 335. 72.

Xanth. pilicornis var. b Zetterst. *Ins. Lappon.* 66. 5.

Staph. affinis Payk. *Mon. Staph.* 24. 16.

Habitat in Suecia, Germania, sub cortice Pinuum.

Linearis, subdepressus. Antennae capite sesqui longiores, apicem versus leviter incrassatae, articulo tertio secundo vix longiore, 4—10 sensim crassioribus, 6—10 crassis, transversis, ultimo conico, rufo-piceae vel rufae, pilosellae. Palpi rufi. Mandibulae prominentes, rufo-piceae. Caput thorace latius, subquadratum, angulis posterioribus fortiter rotundatis, convexum, laeve, punctis subtilibus 4 inter oculos nonnullisque aliis in fronte impressum, sulcis duobus anticis inter antenas minus profundis, parallelis, apice obsolete, lateralibus ante oculos omnino nullis, nigro-piceum, nitidum. Thorax coleopteris paulo angustior, latitudine sesqui longior, lateribus subrectis, angulis anterioribus leviter rotundatis, leviter convexus, puncto unico utrinque in medio dorsi, unicoque maiore angulos anteriores versus notatus. Elytra thoracis longitudine, laevia vel parce subtiliterque obsolete punctulata, stria suturali impressa. Abdomen laeve. Pedes rufo-testacei.

Variat colore corporis vel nigro-piceo, vel rufo-testaceo, capite elytrisque nigro-piceis et abdominis segmento quarto quintoque fuscis, vel interdum corpore toto testaceo, capite solo magis minusve picescente. *Var. secunda* apud nos frequentior occurrit.

Obs. *Gyrophypnus nigriceps* Mannerheim statura paulo maiore et capite latiore specie haud satis distinctus.

Species mihi invisae.

5. *O. macrocephalus*: *Piceus, nitidus, palpis, antennis, capite postico segmentorumque marginibus rufescentibus, elytrorum dimidia parte anteriore pedibusque rufo-testaceis, thorace utrinque 3-punctato.* — *Long.* 2 lin.

Gyrophypnus macrocephalus Nordm. *Symb.* 124. 26.

Habitat in America boreali occidentali, ad littora ins. Sitchae a cel. Eschscholtz lectus.

Antennae capite longiores, exirorsum sat distincte crassiores, rufae, longius pilosae. Palpi rufescentes. Caput thorace latius, quadratum, antice vix angustatum, supra convexum, nigrum, basi, praesertim lateribus, piceo-

rufescens, nitidum, angulis verticis et regione ophthalmica punctis nonnullis impressum, in antico frontis inter antennas foveola, certo situ conspicua, infra rufescens, glabrum (?), tenue pubescens (?). Clypeus valde angustus, pallide flavescens, labro rufo-ferrugineo. Collum nigro-piceum, nitidum, laeve. Thorax antice subrotundatus, paulo latior quam basi, angulis modice deflexis, lateribus subobliquis, basi attenuatus, postice fere truncatus, supra convexus, nigro-piceus, nitidus, laevis, antice ad latus prope marginem utrinque punctum unum maiusculum, pauloque ab eo in disco puncta duo remota, quorum ultimum obsoletum. Scutellum parvum, apice subacuminatum, nigro-piceum, impunctatum. Elytra thorace paulo latiora, sed vix longiora, supra minus convexa, nitida, antice laete flavo-testacea, dimidia parte posteriore nigra, superficie laevi vel vix conspicue punctulata. Abdomen elytris triplo longius, nigrum, nitidum, vix pubescens, segmentorum marginibus, praesertim infra et ano rufo-ferrugineis. Pedes pallide flavescens. — *O. pilicorni* similis, differt thorace et elytris paulo angustioribus, colore etc. (Nordm.)

Holius Er.

Antennae rectae.

Ligula rotundata, integra, brevissima; paraglossae amplae. Palpi omnes articulo ultimo subulato.

Corpus elongatum, lineare, valde depressum, alatum. Caput sat magnum, quadratum, angulis rotundatis, basi profunde constrictum, collo quasi brevi tenui thoraci affixum, exsertum, porrectum, oculis parvis, rotundatis, haud prominulis. Labrum transversum, bilobum. Mandibulae apice aduncae, medio obtuse dentatae. Maxillae (t. IV. f. 23. b.) mala interiore membranacea, introrsum barbata, exteriore segmento primo triangulati, corneo, altero membraneo, barbato. Palpi maxillares leviter elongati, articulo primo minuto, brevi, secundo tertioque longitudine subaequalibus, hoc apicem versus sensim leviter incrassato, quarto tenui, subulato. Labium (t. IV. f. 23. a.) mento brevi, transverso, ligula brevissima, ultra palporum insertionem haud prominente, paraglossis sat prominulis, acuminatis, membranaceis, pubescentibus. Palpi labiales articulo primo cylindrico, modice elongato, secundo hoc paulo breviori, ultimo praecedenti longitudine aequali, at tenui acutoque. Antennae aequae ab oculis atque inter se distantes, filiformes, rectae, articulo primo reliquis maiore, obconico, incurvo, apicem versus sensim subincrassatae, articulo ultimo ovato. Thorax quadrangulus, angulis rotundatis, basin versus angustatus, basi truncatus, apice utrinque oblique truncatus. Scutellum triangulare. Elytra apice truncata, sutura integerrima. Abdomen lineare, subtilius marginatum. Pedes breves, coxis intermediis contiguus, tibiis omnibus subtiliter spinulosis, tarsis brevibus, articulis 4 primis subaequalibus, crassiusculis, quinto brevi, tenui, unguiculis tenuibus, elongatis, tarsis anticis simplicibus.

Observationes.

1. Corpore valde depresso, plano Achenio assimilis, at huius tribus, oris structura Xantholino propinquus, at sutura elytrorum integerrima, ligula brevissima, paraglossae ampliores, et palporum utrorumque articulus ultimus subulatus a Leptacino ligula integra distinctus: Othio antennis rectis propior, at para-

glossis amplis, ligula brevissima, maxillarum mala exteriore apice dilatata, palporum articulo ultimo subulato et tarsis anticis simplicibus diversus.

2. Sexus differentia latet.

3. Species omnes ex America meridionali allatae. De victu earum nihil comperitum.

* 1. *H. humilis*: Niger, nitidus, antennis pedibusque piceis, capite thoraceque vage punctatis, linea media longitudinali laevi. — Long. 1 $\frac{1}{4}$ lin.

Habitat in Brasilia.

Piceo-niger, nitidus. Antennae capite paulo longiores, articulo secundo tertioque subaequalibus, 5 — 10 sensim paulo crassioribus, ultimo ovato, apice abrupte acuminato, nigro-picei, basi dilutiones. Palpi rufo-testacei. Caput thorace multo maius, coleopterorum latitudine, oblongo-subquadratum, angulis posterioribus obtusis, subrotundatis, punctis profundioribus aequaliter sparsum. Thorax coleopteris paulo angustior, latitudine antica vix brevior, basin versus angustatus, lateribus leniter rotundatus, ante basin subsinuatus, basi leviter rotundatus, apice utrinque oblique truncatus, angulis anterioribus rotundatis, posterioribus obtusis, planus, supra punctis parvis sparsisque subtilioribus impressus, linea media longitudinali laevi. Elytra thorace tertia parte longiora, dense subtilius punctata, tenuiter griseo-pubescentia. Abdomen parcius minus subtiliter punctatum, tenuiter griseo-pubescens, segmento ultimo apice piceo. Pedes picei.

* 2. *H. analis*: Niger, nitidus, ano rufo, femoribus piceis, capite thoraceque utrinque parce punctatis. — Long. 3 $\frac{1}{2}$ lin.

T. 1. f. 5.

Habitat prope Caracas Columbiae, Dom. Moritz.

Habitu omnino praecedentis, at multo maior, niger, nitidus. Antennae capite plus sesqui longiores, articulo tertio secundo paulo longiore, 4—10 sensim paulo brevioribus et crassioribus, ultimo ovato, apice abrupte acuminato, pilosellae, nigrae. Palpi rufo-picei. Caput thoracis latitudine, subquadratum, angulis posterioribus subrotundatis, supra punctis rarioribus vagis profundis impressum, secundum marginem lateralem punctorum serie sat regulari notatum. Thorax latitudine anteriore paulo brevior, basin versus angustatus, basi truncatus, apice utrinque oblique truncatus, lateribus leviter rotundatus, angulis omnibus obtusis, planus, dorso utrinque punctis rarioribus vagis profundis impressus. Elytra thorace sesqui longiora, plana, dense subtiliter punctata, tenuiter griseo-pubescentia. Abdomen sat crebre minus subtiliter punctatum, tenuiter pubescens, lateribus parce pilosellum, segmento ultimo apice dimidiato-testaceo. Pedes picei, tibiis nigricantibus.

3. *H. debilis*: Piceus, nitidus, antennarum basi, pedibus, elytris anoque testaceis, thorace utrinque capiteque nigro crebrius punctatis. — Long. 2 lin.

Habitat in Americae meridionalis ins. St. Johannis, Dom. Moritz.

Statura omnino *H. humilis*, at paululum maior. Antennae capite paulo longiores, rufo-piceae, articulis duobus primis testaceis. Os rufo-piceum, palpis testaceis. Caput thorace paulo latius, subquadratum, angulis posterioribus leviter rotundatis, planum, crebrius sat profunde vage punctatum, fronte